Ar[illegible] de [illegible] tractatus de
in[illegible] Ansh de concepti virginali et
[illegible] concordia pscie isti et gre ac lib arbitrio
Idem de incarnacione verbi epla eius de sacrte
Al henricus de firmaria sup pater noster
Anshi Cur deus ho Dial p magistrum Jacobum
de zabor de tetelozedi contem

ipe z q filius di ds no potuit no mori q uelle no moi p9 q deugi
ue natz no sigt ī no ulla ipotītia suadi q uoledi suae uita su
az īmortlez sz imitabilitas volut e9 q se spote fet adh hoiez ut
ieadē uolūte pseuās moere ad h cui ualuit ī xo diuistas nā
p uīutas p ut q op9 eāt sz ad hoīm restauatoe si hūana no poss
nā facēt diuina r si diuie uīme quenz exhibet hūana z no a
lius atq alius sz idē ipe ess q utraq pfte existes pstiāz solūet
q ī debat z pdīnaz poss q expediebat Deniq; ugo q pfidez
inuēda fēta z ut d illa poss assūmi negē credēt illū mōrtiy
ut q uelli q ad mortē pphetiz dr q d illo dix oblatz z q ipe no
luit dīdicat qui nā fuit fides est mīte cāt ita fuitz ee sid ire
dr Boso Satis fecisti mi l no posse pbaī ulla nēte morte sub
iisse ut me pentz ut h facēs ipetūm e exstitisse Restat mi dī
ce quomo inta x solua do ppētis hōiz r quo debuit x9 z no
debuit pati Ansel

Ppe iustitia pmisit se occīdi nōne ad hoīē di uita sua de
dit An no itellig q cū iniurias z qtuelias atq morte cru
cis cū latronib; sibi ppt iustiā q obediet sua nabat illatas beniq
patia sustinuit exm dedt hoīb; qtēs ppt nulla qmoda q sentie
possit a iustitia q debet deduet q mi [illegible] e d diss si sui pote
cia sua morte p tali cā illata declinass Boso vi q nulla nte
hc exm ipe dedit qui multi an aduētu e9 r iohēs bapta p9 aduē
tū an morte diuitā fortit morte p uītte sustinētes id sufficiat de
disse nostum Ansel nullg vmq mōi do pēn do dedt q aliqu
nēte p drais no eāt q soluit q no debat ēpp ei ne spote pī ob
tulit q ulla nēte vmq amissurz eāt z soluit ppt hoīb; q ipe no
debat eruaypt ie ultomag dedit exm ut uiusq q aliqu ī gsta
ter amissurz z p seipso reddē do tū no postulz no dubitz q tu ulla
te9 e p se idiget a cogēt pas qbz ut u pena debat tū p co pz
inta yino seipm tāta spsona tanta nolūte dedt Boso ami
tu ppiquas desīdio meo

Intueam nūc qnm possūm qtā rōne sequa hūana sal
uato Boso ad h tend h cormeū na qfuis h ut ideāt itellire
ipsāz hi rōnis qtexione atē uolo sz Ansel ex ti am sit q fi
lius spote dedt no z op9 expone Boso Sufficit patz Ansel cū
aut qui tm donū spote dat do fuerit ut recire ce nondūbitas

332

I

[O]pus subditum
[P]ropter quosdam qui antequam perfectum esset et exquisitum primas eius partes me nescien-
te sibi transcribebant, festinantius quam mihi opportunum esset ac ideo brevius quam vellem
coactus sum ut potui consummare. Nam plura quae tacui inseruissem et addidissem
si in quiete et congruo spatio mihi edere licuisset. In magna enim cordis tribulatione quam unde et
quare passus sim novit deus illud in anglia rogatus incepi et in campania capuana
provincia peregrinus perfeci. Quod secundum materiam de qua editum est cur deus homo nominavi
et in duos libellos distinxi. Quorum prior quidem infidelium christianam fidem
quia rationi putant repugnare respuentium continet obiectiones et fidelium respo-
illa nsiones. Ac tandem remoto christo quasi numquam aliquid fuerit de illo probat rationibus ne-
cessariis esse impossibile ullum hominem salvari sine illo. In secundo autem libro similiter quasi nihil
sciatur de christo monstratur non minus aperta ratione et veritate naturam humanam ad hoc institutam
esse ut aliquando immortalitate beata totus homo id est in corpore et anima frueretur ac neces-
se esse ut hoc fiat de homine propter quod factus est sed non nisi per hominem deum atque ex necessitate
omnia quae de christo credimus fieri oportere. Saepe et studiosissime a multis rogatus sum
et verbis et litteris quatenus cuiusdam quaestionis de fide nostra rationes quas soleo respondere
quaerentibus memoriae scribendo commendem. Dicunt enim eas sibi placere et arbi-
trantur satisfacere. Quod petunt non ut per rationem ad fidem accedant sed ut eorum quae
credunt intellectu et contemplatione delectentur et ut sint quantum possunt parati semper
ad satisfactionem omni poscenti se rationem de ea quae in nobis est spe. Quam quaestionem so-
lent et infideles nobis simplicitatem quasi fatuam deridentes obicere et fi-
deles multi in corde versare qua scilicet ratione vel necessitate deus homo factus sit et
morte sua sicut credimus et confitemur mundo vitam reddiderit cum hoc aut per aliam
facere personam angelicam sive humanam aut sola voluntate potuerit. De qua quaestione
non solum litterati sed et illitterati multi quaerunt et rationem eius desiderant. Quoniam igitur de hac re
multi multi tractatum postulant licet in quaerendo valde videatur difficilis in solvendo
tamen omnibus est intelligibilis et propter utilitatem et rationum pulchritudinem amabilis de illa
quamvis a sanctis patribus quod sufficere debeat dictum sit, tamen de hoc
quaerentibus pandere curabo quod deus mihi aperire dignabitur. Et quoniam ea quae per interrogationem
transitiones? investigantur multis et maxime tardioribus ingeniis magis patent
et ideo plus placent unum ex illis qui hoc flagitant qui inter alios instantius ad hoc
unum me sollicitat accipiam mecum disputantem ut Boso quaerat et Anselmus respondeat hoc modo
[Sicut?] rectus ordo exigit ut profunda christianae fidei
prius credamus quam ea praesumamus ratione discutere ita
negligentia mihi videtur si postquam confirmati sumus in fide non studemus quod credimus
sumus intelligere. Quapropter cum gratia dei praeveniente sic fidem nostrae redemptionis

Liber de similitudinibus beati Anselmi qui fuit primo abbas deinde Episcopus Cantuariensis scientia et vita mirabilis floruit circa annos domini 1089 et ultra

Voluntas tripliciter intelligitur. Voluntas enim dicitur illud anime instrumentum quo volumus et affectio eiusdem instrumenti. Affectio vero est affectio instrumenti volendi. Hec voluntas que dicitur affectio ad tempus est quasi sopita quia est eorum que mens non memorat. sed mox ut ea recolit ad instrumentum volendi appetit. Item voluntas dicitur velle vel usus ipsius instrumenti.

Similitudo inter mulierem et voluntatem

Voluntas itaque illa que est instrumentum volendi. sic est inter deum et dyabolum. quomodo mulier inter suum legittimum virum et aliquem adulterum. Vir ei precipit ut ei soli coniungatur. Adulter vero persuadet ut et sibi copuletur. Et si itaque soli se legittimo viro coniungat legittima est. ipsaque filios legittimos generat. Si autem adultero se immiscuerit adultera est. ipsaque filios adulteros parit. Similiter ergo deus imperat voluntati ut societur sibi soli. diabolus vero ex altera parte suggerit ut coniungatur etiam sibi. Si itaque soli deo se inxerit id est spiritus sancti suggestionem velud semen bonum receperit fit eius coniunx legittima. filiosque legittimos generat. id est virtutes et opera bona. Mox enim ad imperium eius aperiuntur omnes anime et corporis sensus ad implendum quod

De sensibus anime

Ipsa namque aperitur et precipit deus. Ad intuitum affectionis et ad volendum optanda. Memoria vero ad memorandum memoranda. Cogitatus ad cogitandum cogitanda. Intellectus ad discernendum quid sit volendum. vel memorandum sive cogitandum. Animus quoque ad castitatem erigitur. ad humilitatem deponitur. ad patienciam colligitur. ad alias virtutes gerendas aperitur.

De sensibus corporis

Similiter et corporis sensus aperiuntur ad imperium eius. videlicet visus ad recte videndum. auditus ad audiendum dei verba. gustus ad gustandum. odoratus ad odorandum. tactus ad tangendum. Oculi quoque ad vigilandum et plorandum. Os ad bene loquendum. Manus ad recte operandum. pedes ad ambulandum quo debent. Sicque una voluntas sola. postquam dei voluntati est iuncta. tot virtutes genuerit et opera.

De obediencia

Huius autem voluntatis affectio bona sive usus obediens. voluntas vel obediencia dicitur. quia

voluntati obediens eam habet aduocatam Si queratur cur h'
uel illud uelit quod si hec voluntas que dicitur instrumentu
volendi dyabolo se inmiscerit eius recipiendo suggestionem. velud
inordinatum semen adultera mater effecta filios ad ultimos
v vicia et mala opera generat. unusos enim homis sensus
claudens ad ea que precipit deus. pandit ad ea que iubet diabol9
Ipsa namque primus aperitur ad affectionem viciorum et ad ea vole
dum ac deinde homis sensus aperit ad ipsa perpetrandum.
Hunus vero affectio sine usus. De obediencia et ppria uolūtate
In obediens voluntas. uel inobediencia vel ppria etiam
voluntas dicitur. Propria quippe voluntas est. que dei vo
luntatem sibi aduocatam habere non potest et si queratur cur
hoc uel illud velit. respondere veraciter non valet. quia et deus
vult ut hoc velit Affectio autem sine usus ille. ex dyabolica
nascente dei suggestione dei voluntatem sibi aduocatam no
possunt habere utraque igitur uoluntas indubitanter est propria
Que quia a dei voluntate porro De ppria uolūtate
separatur. ob hoc ppria voluntas recte nominatur Hec at
ppria voluntas superbia est. illa quidem inicium omnis peccati sup
bia incipit De obediencia Superbia id vocatur. quia supra
quam debeat graditur Superbia namque supergressio dicitur.
ppria itaque uoluntas. quia dei voluntati non subicitur. sed su
per eam extollitur. ob hoc facta recte superbia dicitur Ipsa u
est peccati inicium. quia ex ea nascitur omne peccatum Et q
incium illa homo habet a se. nec voluntatem dei quam sequatur
vult habere super se. ipsi deo aufert quod ppie et singulariter
debet habere Qualiter ppria uoluntas soli deo convenit
Solus enim deus quicquid vult. debet velle quadam ppria
voluntate. ita ut aliam quam sequatur non habeat
super se Cum ergo homo vult aliquid per ppriam voluntatem.
deo aufert quasi suam coronam Sicut enim corona soli regi
competit. sic ppria voluntas regi deo soli Et sicut regem aliq
inhonoraret aliquis. qui suam coronam ei coronato auferret Sic
homo inhonorat deum. qui ei pprie voluntatis privilegium
auferre nititur. Unde quod ille debet habere solum sed sicut ppria
voluntas dei fons est et origo totius boni. ita ppria voluntas

hominis totius est exordium mali. *Similitudo inter propriam voluntatem et fontem*
Hec et enim est velud fons quidam qui in tria capita divi-
ditur ex quibus diversi et innumerabiles derivantur qui
locis in quibusdam ab invicem separantur aliquibus duo et duo
vel plures pluribus coniunguntur. Itaque quoque propria voluntas in
genera tria dividitur ex quibus vicia diversa et sine numero nas-
cuntur que aliquando in homine sunt disiuncta quandoque vero
duo vel plura coniuncta. *De tribus generibus proprie voluntatis*
Propria namque voluntas aut est in delectatione aut ex-
altatione aut curiositate. Delectationis genera sunt
duo principalia unum exterius videlicet in v corporis sensibus aliud interius
in anime affectionibus. *De quinque corporis sensibus*
Sunt autem corporis sensus v: visus auditus gustus odo-
ratus et tactus. Qui ideo sensus dicuntur quia per eos exterio-
ra senciuntur. Per visum enim forme et colores, per auditum sonitus,
per gustum sapores, per olfactum odores, per tactum dura vel mollia
calida vel frigida aspera vel lenia gravia vel levia senciuntur.
Horum autem sensuum delectatio rarius est bona, sepius vero
mala. Bona enim est cum dei voluntatem sibi adiunctam habet,
mala vero cum eam adiunctam non habet. *De generibus male delectationis xxx*
Luius autem delectationis male genera sunt xxx et unum.
E quibus v sunt simplicia, x duplicia, alia decem tripli-
cia, v quadruplicia, unum vero ex quinque partibus constat. *De quinque simplicibus*
Quinque itaque sunt simplicia quia plerumque delectatur per se
unusquisque v sensuum. Alii vero solus paene delectatur
visus ut in conspiciendo equos statim concurrentes accipitres
volantes alias aves capere. Aliquem solus auditus ut cum homi-
nem delectat ad amicam suam dum violam vel liram pulsante eamque
audit dulciter sonare. Aliquando solus gustus ut in comeden-
do mel immoderate non tamen visu delectabile. Alii solus ol-
factus ut cum aliquis defert feniculum naribus suis suspen-
sum ut suaviter sibi redoleat. Alii solus tactus ut quando aliquis
immoderate refectus oblectatur ventrem suum contrectare. *De decem*
Decem vero sunt duplicia quia plerumque delec- *duplicibus*
tantur simul duo et duo idem sunt idem sensus. Alii enim
condelectantur visus et auditus ut cum [illegible] delectando canes

bestias insequi videntur et clamare post ipsas audiuntur. Aliquando
visus et gustus. ut cum magna delectatione vinum limpidissimum
conspiciatur in zaphirino cypho et bibitur. Aliquando visus et olfactus.
ut in videndo simul et olfaciendo nimis rubentes rosas. Aliquando
visus et tactus. ut inspiciendo et complanando aliquis nimis tapete
album. Aliquando auditus et gustus. ut cum aliquem bibere sic de-
lectat. ut inter labia sua sonitum quendam pitissando faciat. Ali-
quando auditus et olfactus. ut cum aliquem bibendi audita-
te delectat auscultare vinum ebulliens applicata aure. et eius
odorem naribus attrahere. Aliquando auditus et tactus. ut cum
aliquem nimis delectat cytharam resonantem audire. et ean-
dem pertractando tangere. Aliquando gustus et olfactus. ut cum in mo-
derate eduntur galline pipere et cinnamo diligenter condite. Aliquando
gustus et tactus. ut cum gulositate manducantur ficus ma-
ture. et dulces ad edendum. et leves et molles ad tangendum.
Aliquando olfactus et tactus. ut cum vngento bene olenti quis
vngitur. De decem triplicibus

Decem quoque sunt triplicia
quia sepe tamen corporis sensus simul delectantur. Aliquando enim e-
tiam delectantur visus auditus et gustus. ut cum nimis ande-
colinde eduntur que quasi nix candide eduntur: sponteque ma-
nibus vel dentibus sic atteruntur. ut resonare audiantur.
Aliquando visus auditus ~~et auditus~~ et olfactus. ut cum ali-
quis in orto residet. ut virides herbas aspiciat. fabulas audiat.
flores olfaciat. Aliquando visus auditus et tactus. ut cum mulier spe-
ciosa delectationis causa conspicitur. luxuriosa loqui auditur.
7 et interea tangitur. Aliquando visus gustus et olfactus. ut cum ali-
quem delectat vinum in specie herbis confectum familiare bibere
et olfacere. Aliquando visus gustus et tactus. ut cum aliquis
exsaturatus racemis vineam tamen deambulat. ut quam pulchre
racemi in ea dependeant videat. et hos atque illos contrectans
degustat. Aliquando visus olfactus et tactus. ut cum quis dum
nimis conspicit lilia. et olfacit et tangit. Aliquando auditus gus-
tus et olfactus. ut cum divites delectantur ceruos in siluis cla-
mantes audire. quorundam iam captorum carnes pipere con-
ditas comedere. Aliquando auditus et gustus et tactus. ut
cum aliquis in balneo residens fabulas audit edit et bibit.

atque aque teporem cuiuscumque tangit. Aliquando auditus olfac-
tus et tactus. ut cum aliquis cantilenas audit dum iacet in lecto
mollibus strato. ubi et herbas undique sparsas olfacit. Aliquando
gustus olfactus et tactus. ut cum nocte manducantur inmoderate
poma sapida odorifera mollia. De quinque quadruplicibus.

Quinque vero quadruplicia sunt. quia plerumque simul quat-
uor et quaterni delectantur. Aliquando enim delectantur simul
visus auditus gustus et olfactus. ut cum in nuptiis ludi videntur.
cantilene audiuntur. ubi et potus deliciosi sumuntur. eorumque
odores senciuntur. Aliquando auditus gustus olfactus et tactus.
ut cum in nocte nichil videtur quo delectetur visus. sed tamen
auditu gustu et tactu olfactu delectantur. ut cum sponsus spo-
sam amplexatur. aut alius ab alio libidinose tangitur. Ali-
gustus olfactus tactus et visus. Ut cum ibi nichil auditu delec-
tabile auditur. sed assunt alia quibus ceteri sensus quisque suo modo
delectatur. Aliquando olfactus et tactus visus et auditus. ut cum
ibi nichil gustatur. sed illic flores dispersos delectat convivas ol-
facere. tangere inspicere diversos musicorum sonos auscultare.
Aliquando tactus visus auditus et gustus. ut cum ibi nichil habetur
quo delectatur olfactus. Sed talia quibus ceteri quatuor sensus co-

Quintum autem ex quinque ¶ delectantur. De ultimo quinque male delectabili
partibus constat. quia quinque delectantur simul hii omnes
corporis sensus. Aliquando enim delectat hominem domum orna-
tam intus conspicere. ebriosos in ea decantantes audire. ibidem
et ipsum cornibus decantatis potare. per domum flores dispersos olfa-
cere. ipsos vel cornua vel alia tactu delectabilia contrectare. ¶ xxx
itaque et unum sunt genera delectationis. ad quinque corporis sensus
pertinencia. quia hiis triginta et uno delectantur modis. Ex qui-
bus duplicia simplicibus sunt peiora. duplicibus triplicia. tri-
plicibus quadruplicia. quadruplicibus id quod ex quinque partibus
constat. quanto enim plures sensus in delectacione sociantur. tan-
to ipsa delectatio peioratur. Ac tamen aliquando peior est unius
quam omnium simul delectatio. De detractione

Grauius enim est detractionem libenter audire. quam flores
pulchros aspicere tangere olfacere. Interea bibere semel aut bis
plus quam est necesse. aliquod ociosum verbum audire. ¶ Sed in eodem

pribus ne peius. peius est plures quam pauciores sensus delectari
peius enim est delectari visu et auditu inhonesti ioci quia visu
tantum aut auditu tantum. Item peius est immoderate delectari
gustu et olfactu potus confecti quam tantum gustu aut tantum
olfactu alicuius cibi deliciosi. Itaque ex illis igitur et uno delecta
tionis generibus alia sunt mala alia peiora. Mala in quibus
pauciores delectantur sensus aut si fuerint plures oblectantur
in levioribus. peiora in quibus plures delectantur aut si fuerint
pauciores in gravioribus delectantur. Tot igitur et talia sunt
genera delectationis qua delectantur v. sensus corporis.

De delectatione anime

Illius vero delectationis qua delectatur
anima genera sunt multo plura. Quidquid enim exteriores sen
sus sentiunt. sentiendo anime innuunt quale sit illud quod sen
tiunt ut eius qualitatem rei representarent sibi et usque quod sen
tiebant sentire omiserint. delectant animam idem cogitare et
totidem modis quot sibi sensus representaverint. Sicut enim sensus
singulos aut binos aut trinos aut quaternos aut simul omnes
delectat illud vel illud sentire et anime representare. ita et animam
delectat cogitare quia sensus eisdem modis illud vel illud
senserunt. sentiendoque sibi representaverunt. illud quoque quod sibi
sensus nunquam representaverunt quia nunquam senserunt sed si
sensissent representare possent. tot modis delectat animam co
gitare quot sibi sensus valent representare. Nunquam enim visus
representavit ei domum auream totam quia non vidit nec au
ditus sonum toto mundo diffusum quia non audivit nec gustus
panem melle dulciorem quia non gustavit nec olfactus vinum
balsamo fragrantius quia non olfecit nec tactus indumenta
lanea liliis leniora quia non tetigit nec alia multa ei repre
sentaverunt sensus quia non senserunt sed si sensissent representare
possent. et tamen aut hec aut alia quomodolibet innumera eam
ymaginari delectat ac si sensus sensissent ei que singuli aut
bini aut trini aut simul omnes representassent. Sunt et alia
delectationis anime genera. que nec sensus valent sibi re
presentare nec ipsa potest per ymaginationem cogitare. ut cum
in superbia delectatur sine omni ymaginatione. Hanc sensus
non valent illi representare quia nec visus potest discernere. ut et

sit alba uel nigra. nec auditus an sit sonora uel rauca. nec gustus
an sit dulcis an amara. nec olfactus an sit redolens aut fetida.
nec tactus an sit mollis uel dura. lenis uel aspera. calida uel fri
gida. Ipsa quoque anima non sit ymaginari. utrum superbia illa sit
talis uel talis. quia est in exaltatione solius cogitationis. Multo
ergo plura genera sunt delectationis qua anima delectatur.
quam illius qua v. corporis sensus oblectantur. Anima et ea
dem delectat eam memorare. que illos sentire et totidem mo
dis quot sibi representaverunt. et alia ymaginari que illi non sibi
representaverunt. quia nunquam senserunt. sed si sensissent re
presentare possent. etiam quedam cogitare potest que nec illi possunt
sentire. nec ipsa per ymaginationem cogitare. sed simpliciter sine
omni ymaginatione. De quindecim generibus exaltationis :-

Exaltationis autem genera sunt quindecim. e quibus iiii.or
sunt simplicia. Sex duplicia. quatuor triplicia. unum quadruplex
Quatuor itaque sunt simplicia. ¶ duplex De quatuor simplicibus
Quia est aliquando exaltatio in sola opinione. ut si quis
opinetur se esse dignum pontificatu. nec tamen velit esse episcopus.
Aliquando in sola voluntate. ut si velit fieri episcopus. nec tamen
opinetur se esse dignum episcopatu. Aliquando in sola locutione. ut si iac
tet se esse dignum. nec tamen velit fieri sciens se esse indignum.
Aliquando in solo opere. ut si quis rusticus pignorantiam assi
Sex vero sunt duplicia ¶ deat regi De sex duplicibus
quia aliquando extollitur homo in opinione simul et
voluntate. ut cum prepositum aliquo se esse dignum estimat et hoc
vult ut prior fiat. Aliquando in opinione et locutione et non in
voluntate. ut cum aliquis aliquam non vult prelationem que
sibi offertur. ex hoc ipso se attollens meliorem se aliis arbitratur
et inde se iactat. ita tamen ut non ad-iuvat. Aliquando in opini
one et opere. ut si aliquis se estimat dignum sedere iuxta episcopum
et … alicubi pignorantiam assideat eum. Aliquando in volun
tate et locutione. ut cum aliquis nolens episcopatum iactat se
inde esse dignum. licet se sciat indignum. Aliquando in voluntate
et opere. ut cum aliquis in convivio vult residere in superiori loco.
et ibi se ingerit in vitante nullo. quamvis indignum esse existimet
loco tam alto. Aliquando in locutione et opere. ut cum prelatus

aliquis aliquam in se fragilitatem videt propter quam si honeste posset ipsam prelationem desereret et tamen in verbis et actibus suis quandam excellentiam ostendat ne ipsam eius fragilitatem

Quatuor autem sunt quis attadutat De quatuor triplicibus

Quatuor autem sunt triplicia quia aliquando delectatur homo in opinione voluntate et locutione ut cum dignum prelatione se estimat et eam vult et inde se iactat aliquando in voluntate locutione et opere ut cum ideo quia vult prelationem habere fingit verbo et opere et actu dignum se esse quamvis sciat se esse indignum Aliquando locutione opere et opinione ut cum aliquis licet iactet se indignum esse prelatione et ea libentius agat quibus dignus videatur esse et hoc idem arbitretur de se non vult tamen prelationem habere ut sanctior iudicetur esse Aliquando in opere et opinione et voluntate ut cum prelatus subditos opprimit inmoderate ut suam prelationem qua dignum se estimat esse quam diu vult possidere sine ullo obstaculo possit habere

De uno quadruplici

Unum est quadruplex quia plerumque attollit se homo in opinione et voluntate et locutione et opere ut cum laude dignum se esse estimat et eam appetit et ipse se laudat et quedam magna operatur ut laudem requirat Tredecim namque sunt excellentie genera iiii^or simplicia que sunt mala sex duplicia que sunt peiora quatuor triplicia que sunt pessima unum vero quadruplex quod ceteris omnibus peius est Quanto enim in pluribus homo extollitur tanto excellentia eius peioratur

Item sciendum quod solius operis excellentia que semper est per ignorantiam est mala solius autem locutionis est peior solius vero opinionis pessima solius autem voluntatis omnibus aliis peior Stultum enim est cum aliqua vilis persona per ignorantiam assidet iuxta dignum Sed stultius est cum inde se iactat dignum Stultissimum vero cum se estimat dignum Multo est stultius cum residere vult iuxta eam cum sciat se inde esse indignum Contra eam excellentiam que est in opere dominus ipse ait Cum invitatus fueris ad nuptias recumbe in novissimo loco Contra eam vero que est in locutione dicit Salomon Laudet te alienus et non os tuum Contra eam autem que est in opinione apostolus ait Noli altum sapere sed time Contra eam

vero que est in voluntate dominus item discipulis ait Qui
voluerit inter vos primus esse erit vester minister Contra omnia
vero extollentie genera item ipse dicit Omnis qui exaltat se hu
miliabitur et qui se humiliat exaltabitur. De curiositate et xvi eius generibus

Curiositas est studium perscrutandi ea que scire nulla est
utilitas. Huius autem xvi sunt genera de quibus quinque
sunt simplicia. sex duplicia. quatuor triplicia. unum vero quadruplex.
Quinque itaque sunt simplicia. quia De quinque simplicibus
Aliquando curiositas est in sola cogitatione. ut cum ali
quis studiose cogitat. quomodo alterius secretum scire valeat.
aliquando in verbo. ut cum idem curiose interrogat. aliquando in actu
ut cum circa illum deambulat. quasi aliud querat si forte quod
querit indicio aliquo agnoscere valeat. aliquando in visu. ut cum
sollicite considerat quo ille intendebat. quid agat. quomodo
sedendo stando ambulando vel aliquo alio modo se habeat.
Aliquando in auditu. ut cum intente auscultat. quid ille de
alio vel alius de illo dicat De sex duplicibus

Sex vero sunt duplicia. quia aliquando est in verbo et actu.
ut cum enim amicabiliter alloquitur. et munus ei aliquid
operatur. ut cum sermonibus blandis. cum secretum quod ei fa
ciat. extorqueat ab eo quod querit. Aliquando in verbo et visu.
ut cum alium rogat ut eum secum aspiciat dicendo. Putas
ne iste ita vel ita ageret. nisi talis vel talis esset. Aliquando in ver
bo et auditu. ut cum prope illum residet. et ad alium loquitur
qui ex alia parte sui sedet. et tamen attente auscultat. quid ille
posterius dicat. Aliquando in actu et visu. ut cum aliquid agit
ne ei advertatur. dum eum aspicit. sed credatur intendere semper
operi quod facit. Aliquando in auditu et tactu. ut cum ante eum
vadit et venit. auscultando ea que dicit. Aliquando in visu et in
auditu. ut cum curiose que agit considerat. et studiose que dicit
auscultat. ut perfecte secreta que querit agnoscat. De quatuor triplicibus

Quatuor autem sunt triplicia. quia aliquando est in verbo
tactu et visu. ut cum aliquis enumerat et inquirit et considerat quantum
sol et luna distent a terra. vel quam magna sint ipsa lumi
naria. Aliquando in actu visu et auditu. ut cum aliquis se oc
cultat causa videndi et audiendi aliorum secreta. Aliquando in

Visu et in auditu et verbo. ut cum iuxta vias residet ut videat pra-
seuntes audiat et interroget rumores. Aliquando in auditu et verbo
et tactu ut cum causa audiendi et interrogandi futura demonstr(at)

De uno quadruplici

Unum vero est quadruplex. quod v satisfaciat
aliquando est in visu auditu et verbo et tactu ut cum ali-
quis intuetur et auscultat quosdam. quos consiliari conspicit.
et de quibus suspicatur aliquid mali. et ut eorum consilium quoquo
modo agnoscere possit. accedens ad eos querit an viderint aliquid.
quod se circa eos perdidisse fingit. et interea aspiciendo et auscultan-
do circa eos querit. quod nusquam perdidit.

De quibus curiositatibus

Item curiositatis sunt genera xxviii. e quibus tria sunt
simplicia. novem duplicia. decem triplicia. quinque quadru-
plicia. unum vero ex quinque partibus constat.

De tribus simplicibus

Tria sunt simplicia. quia aliquando curiositas est in solo
gustu. ut cum defertur piscis alicui pisca comedenti et pri-
us quam ipsa consumpserit. degustat cuius saporis sit piscis.
Aliquando in olfactu. ut cum eum naso suo apponit. ut sciat
cuius odoris sit. Aliquando in tactu. ut cum aliquis pannum videns
novum contrectat solummodo ut sciat utrum sit asper vel lenis. an
grossus sive subtilis. Sequitur.

De novem duplicibus

Novem vero sunt duplicia. quia aliquando est in gustu
et visu. ut si quis degustet ferculum sibi appositum antequam
consumpserit primum. et interim considerat si is qui residet iux-
ta eum. melius habeat ferculum. Aliquando in gustu et in ver-
bo. ut cum illud degustat et an cum pipere conditum sit interro-
gat. Aliquando in gustu et olfactu. ut cum degustans olfacit.
Aliquando gustu et tactu. ut cum gustu scire querit an sit sapi-
dum. et tactu an sit calidum vel frigidum vel tepidum. Ali-
quando in olfactu et visu. ut cum aliquis dum eligit herbam iuxta
se incognitam invenit. et alegendo cessans eamque naso suo ap-
ponens olfacit. denique intuens eam studet agnoscere que sit. Ali-
quando in olfactu et verbo. ut cum eam olfaciens querit ab alio que sit.
Aliquando in olfactu et tactu. ut cum eam olfacit et contrectat.
ut sciat utrum sit mollis an dura lenis vel aspera. Quod tamen
non ideo facit. ut sibi necessaria sit. sed tantum ut sciat que vel
qualis sit. Aliquando in visu et tactu. ut cum aliquis vermes

Veniens ad mensam ubi est prandsurus, mox sublevata mappa
qua panis est coopertus intuetur an sit candidus. et enim contingit
ut sciat an sit calidus. Aliquando in verbo et tactu, ut cum enim non
discooperit, sed interrogat an sit calidus vel excoctus sic et cum
coopertum contingit et premit, ut sciat an calidus sit. **De decem triplicibus**

Decem vero sunt triplicia, quia aliquando est in visu
verbo et gustu, ut cum alicubi quis residens et ante se potum
deferri videns, statim assurgit, et intuens cuius coloris sit querit
etiam quis potus sit et degustat an bonus sit. Aliquando in visu
et verbo et olfactu, ut quando enim non degustat, sed olfacit. interro
gat et considerat qualis sit. Aliquando in visu verbo et tactu, ut
cum alicui comedenti defertur cibus inter duas scutellas, et an
quam consumpserit quod prius edebat, scutellis apertis quis
ille cibus sit considerat. et an bene sit coctus investigat. et enim
contingit ut an calidus vel frigidus sit agnoscat. Aliquando
in visu gustu olfactu, ut cum de eo nichil interrogat, nec enim con
trectat, sed est curiosus enim videre. et enim degustat et olfacit.
Aliquando in visu gustu et tactu, ut cum de eo nichil inquirit.
nec enim olfacit, sed cum curiositate videndi enim degustat et contrec
tat causa qua dixi. Aliquando in visu olfactu et tactu, ut cum
de eo nichil inquirit. nec enim degustat sed tantum intuetur
olfacit atque contrectat. Aliquando in verbo gustu et olfactu, ut
cum aliquis commanentibus supervenit, et an cibi et potus quos
habent sint boni requirit. et quosdam degustans alios olfacit.
Aliquando in verbo gustu et tactu, ut cum non olfacit eos. sed pa
nem contrectat et alios cibos. Aliquando in verbo et olfactu et
tactu, ut cum enim eos non degustat sed olfacit et cetera. Aliquando
in gustu olfactu et tactu, ut cum de cibis nichil interrogat sed tantum
degustat, olfacit et contrectat. **De quinque quadruplicibus**

Quinque vero sunt quadruplicia, quia aliquando est in vi
su et in verbo et gustu et olfactu, ut cum aliquis ambulans in
nundinis has vel illas merces considerat. cuius hec vel ille sint
precii investigat. vina vel poma vel alios fructus degustat.
olfacit piper vel cinnamum vel alia bene olentia. hoc totum ea
faciens de causa, ut sciat que vel qualia sint ista vel illa. Ali
quando in visu et verbo et gustu et tactu, ut cum supradicta faciat

excepto quod nichil ibi olfacit sed vices retractans voluit et revoluit. Aliquando visu et auditu et olfactu et tactu, ut cum nichil ibi degustat, sed alia facit supradicta. Aliquando in auditu et visu et olfactu et tactu, ut cum non requirit cuius sunt vel illa sunt sed cetera que diximus facit. Aliquando in visu gustu et olfactu et tactu, ut cum non est curiosus videre ea quia audit sepius talia, sed cetera facit supra dicta. De uno et multo genere curiositatis.

Unum vero ex partibus consistit v. quia aliquando est in auditu et in visu et in gustu olfactu et tactu, ut cum curiose adhuc vel illa oculos convertit, et cetera omnia que supradiximus facit. Quadraginta itaque quatuor curiositatis sunt genera, ex quibus octo sunt simplicia, sedecim duplicia, sedecim triplicia, sex quadruplicia, unum vero ex quinque partibus constat. Hec autem tam multiplex curiositas quam et exaltatio et delectatio de quibus superius diximus, omnes ex propria voluntate nascuntur. Nisi enim homo prius habuerit voluntatem delectandi vel exaltandi vel investigandi curiose que nulla sibi est utilitas scire, nunquam vel delectabitur vel extolletur vel curiose inutilia scrutabitur. Sed cum horum vitiorum mala precedit voluntas, sequitur et ipsa et ista nascuntur ex ea. Ex hiis vero alia omnia. Ex delectatione namque nascitur luxuria, adulterium, fornicatio, immunditia ventris, ingluvies, ebrietas et alia huiusmodi vitia. De exaltatione vero superbia, inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia et alia similia. De curiositate autem inquietudo, susurratio, detractio et cetera talia. Omnia vero in familia proprie voluntatis existunt, et ex se quendam exercitum magnum faciunt illi voluntati velud cuidam domine obediunt. Similitudo inter propriam voluntatem et adulteram reginam

Propria namque voluntas est velud quedam adultera regina, que se cuidam adultero regi commixit, ex quo etiam tres filios habuit. Ex hiis vero tribus tot alii filii et nepotes sunt geniti, itaque multiplicati, ut numerari non possunt. Omnes autem in familia illius regis et regine consistunt, eorumque quilibet suo modo nissa perficiunt. Rex itaque cum regina illa cuidam alii regi adversatur, collectoque filiorum nepotumque exercitu regnum illius aggressi predantur. Fit autem exercitus illius regis sic servos invadit, ut aut plures plures, aut unus unum aut

plures vicium. aut vnius plures agrediantur. Quoscumque so-
lum vincere possunt vinctos et abductos in carcerem trudunt. exigen-
tes ab eis quantum vnquam persoluere possunt. sed affecti om-
nibus miseriis in carcere illo deficiunt. Hec autem regina propria est
voluntas omnium inobedientium domina. que ideo vocatur adul-
tera. quia separatur a deo cui debet esse coniuncta. et diabolo con-
iungitur a quo debet esse disiuncta. Ipse vero diabolus ideo rex
dicitur et adulter. quia in hominibus regnat per voluntatem propriam.
dei videlicet sponsis animabus eorum semper abutitur
Cum postquam se propria voluntas iunxerit. ex illius semine idest
prima suggestione tria principalia vicia. scilicet delectationem extol-
lenciam curiositatem concipit. et quinque corporis sensus velud
ea pariens emittit. Ex hiis vero tribus. tot alia vicia nascuntur.
sicque multiplicantur ut absque numero habeantur. Omnia vero ex
familia diaboli proprieque voluntatis existunt. et ex se ipsis quan-
dam innumerandam multitudinem reddunt. Diabolus itaque pro-
priaque voluntas deo regi regnum aduersantur. et congregata vi-
ciorum milicia. regnum illius hymu scilicet mundum agredientes
predantur. Hec autem milicia sic humanum genus inuadit. ut
aut plura vicia homines plures. aut vnum vnum. aut plura
vnum. aut vnum plures diuersis locis accipiant. Quoscumque non
superare poterunt. mala consuetudine ligatum in infernum detrudunt.
vbi ab eo vnum quodque vicium exigit. quidquid vnquam per illud
commisit. quod nunquam persoluere potuit. nec ei vnquam miseria

Similitudo inter propriam voluntatem et venenosam herbam — deerit

Rursus propria voluntas cuidam herbe venenose atque morti-
fere assimulatur. quam medicus quidam peritissimus pro-
genici cuiusdam primis interdixit parentibus comminans quia si
eam comederent leprosi effecti procul dubio morirentur. at illi preceptis
eius obedire noluerunt. sed ex eadem herba comederunt. vnde
et leprosi effecti. leprosos quoque filios genuerunt. atque ut medi-
cus comminatus eis fuerat mortui sunt. quorum filii licet pa-
tres suos agnouerunt herba illa infirmatos fuisse ac mortuos
seque ipsos lepra percussos et morituros. eandem tamen herbam
super omnes alias diligunt. indeque cibos suos vniuersos condiunt
hanc quoque sumentes ex eadem quasi premeditamento accipiunt

sed et comptum seu captum simul faciunt. Hii igitur quam sint de-
mentes omnis qui audit advertere potest sed non minus demen-
tantur qui propria voluntate utuntur. Ipsa etenim est herba ista
diaboli venenosa suggestione venenata et omnibus ea utentibus
pestifera. Hanc deus qui pie nostris medetur peccatis primis ge-
neris humani parentibus interdixit. Cum eos comedere pomum sub
mortis comminatione prohibuit. Qui quia preceptum eius transgressi
ex eo quod comederunt mox peccatores effecti sunt et in anima
mortui. Postquam alios peccatores genuerunt et ipsi in carne
sunt mortui. Homines tamen eandem voluntatem preceteris dili-
gunt et eam immiscent omnibus pene que agunt. Nichil itaque
illis dementius qui nichil utuntur sua morte libentius

Hinc denique proprie **Quomodo vicia omnia proprie militent voluntati**
voluntati. Postquam suam in homine sedem construxerit.
alia viciorum serviunt quasi milites terras tenentes. Alia vero
quasi pro solidatis militantes. Illa enim vicia que terras tenentes obe-
diunt ei que proprie in hominibus consistunt ut adulterium.
Cum enim adulterantur hoc ea solum faciunt de causa quia eos
vicium illud delectat. Illa vero serviunt ei velud militantes
pro solidatis que sunt in homine pro aliis viciis ut cupiditas pre-
ciosarum vestium pro gloria inani. Nemo enim preciosas vestes nisi
ad inanem gloriam querit. Item vicium aliquando huic aliquando
illi vicio servit ut avaricia aliquando ventris ingluviei servit.
aliquando exaltacioni. Rursus aliquando alterum alteri cedit ut
luxuria glorie inani. Aliquando enim luxuria repellitur ne laus
concupita perdatur. Omnia enim sive hoc sive illo modo proprie volun-
tati diabolo quoque famulantur. Ex quibus in homine tribus
modis peccata nascuntur. Diaboli in suggestione. et carnis delecta-
tione spiritus quoque consensu unumquodque vicium consummatur.

Anshelmus **Similitudo de suggestione delectatione consensu et canibus**
Ex igitur tribus suggestione videlicet delectatione et con-
sensu. Suggestio est velud canis ponderosus. Delectatio est quasi
catulus levis et acer. Consensus vero quasi canis fortis et in-
mensus ponderosus. Et enim canis est cum quispiam iuxta se
transeuntem audierit semel vel bis post eum latrans stati-
m quiescit si tamen ille viam suam indirecte tenuerit. Si vero et

spiciens instigaverit eum. Canis quoque latrando licet non morde
at insequitur eum. Catulus levis et acer et instat acriter et nisi
cito repercussus fuerit acrius mordet. Fortis vero canis et in me
sus et fortiter instat et nisi magna vi obviatur hominem stran
gulat. Quare ponderosus canis non est respiciendus. Catulus
vero mox repercutiendus. Canis autem inmensus viriliter obvi
andus. Similiter autem si peccati suggestio animam pulsat, qui ab
amore patriam intendit ad eterna, mox eam deserit si intentionem
suam firmiter tenuerit. Si autem ad eam attendens in se re
ceperit et cogitando quasi eam masticando revolverit et ipsa se
pius eum infestat. quamvis eam non voluerit tamen fit suggestio
sola. Sed si diutius eam replicaverit, ponderosus canis in ca
tulum transit, id est suggestio in delectationem, que acriter instat
et nisi cito reiciatur animam vulnerat. Quare mox ut venire
ceperit, debet eam repellere anima sponsa Christi, cogitans quia
magna est ignominia illi ut in eius conspectu appareat fedata
delectatione tam turpi nisi eam repulerit. Delectatione catulus
fit inmensus canis, id est delectatio in consensum transit, qui arripi
ens eam animam, nisi magna vi obviatur, occidit. Sed mox ut
ceperit advenire, debet eum anima vi magna obviare, id est in me
so terrore mortis eterne in se destruere. Suggestionem igitur nec at
tendamus, delectationem mox reprimamus, consensum fortiter
obviamus. Sicque cor nostrum studeamus custodire ut nec
una superflua cogitatione dyabolus illud valeat violare.

Cor etenim Similitudo inter cor humanum et molendinum
nostrum simile est molendino semper molenti, quod domi
nus quidam cuidam servo suo custodiendum dedit, precipiens ei ut
suam tantum annonam, videlicet frumentum aut ordeum vel avena
in eo molat et ex eodem quod molierit et ipse vivat. Verum illi
servo quidam inimicatur qui circa molendino semper insidia
tur, qui si vacuum quandoque illud invenerit aut arenam stati
ibi proicit que illud dissipat, aut picem que illud conglutinat,
aut aliquid quod fedat, aut paleam que tantum illud occupat.
Servus igitur ille si molendinum suum bene custodierit, domini
sui tantum annonam in eo molierit, munda ex eo farina egre
ditur iuxta annone genus que intus molitur. Ex eodem ac

quod moluerit et domino suo servit sibique ipsi victum acquirit.
Si autem inimicum suum violare molendinum suum permiserit ma-
la exinde procedit farina, quia mala est annona quam molit. Hec autem
farina et vehementer displicet domino illi, sed nec servus exinde sibi
victum sed famem conquirit. Hoc itaque molendinum semper aliquid
molens cor est humanum aliquid assidue cogitans. Hoc deus uni-
cuique servandum tradidit, iubens ut in eo molat illos tantum
cogitatus quos ille suggerit. Quarum cogitationum alii ut fru-
mentum, alii ut ordeum, alii ut avena sunt. Primi quippe ut
frumentum sunt quos anima replicat cum in contemplatione
posita pure de deo cogitat. Hii autem ordeo assimulantur quibus
de virtute in virtutem quasi per quosdam labores ascendere meditatur.
Hii etenim licet sint boni minus tamen superioribus sunt perfecti.
Illi non sunt ut avena quibus homo intendit sua deserere vicia.
Boni namque sunt et isti sed tamen imperfectiores predictis. Hos
itaque omnes vult deus ut homo in suo corde revolvat et eisdem
victum sibi eternum acquirat. Sed quia homini semper adversatur
diabolus et insidiatur semper cordi illius, quod si aliquando vacuum
bonis cogitationibus invenerit statim replet si potest malis.
Harum autem molarum alie cor dissipant ut ire et invidie.
Alie conglutinant et coinquinant ut castrimargie et luxurie.
Alie tantum occupant ut vane, non minus nocive. Hic ergo ho-
si cor suum bene custodierit sanctosque tantum cogitatus in eo re-
voluerit, munda per verba velud per foramen molendini emitti-
tur. Mundus per oculos visus. mundus per aures auditus. mundus
per os gustus. mundus per nares odoratus. mundus per totum corpus
tactus, scilicet gratia cogitationum mundarum que intus volvuntur.
Ex hiis namque cogitationibus mundis et deo eas cogitando de-
servit et etiam sibi vitam acquirit. Si autem diabolum cor suum
corrumpere permiserit, mox vicia per sensus progrediuntur mixta
gratia malarum cogitationum que intus volvuntur. Hec autem
et deo vehementer displicent nec homo ex eis victum sed acquirit
sed mortem. Tunc enim ad finem quisque pervenerit quantum bo-
ni vel mali nunc moluerit tantum et ad vitam vel mortem
sibi preparatam inveniet. Verum sciendum quia horum molen-
tium id est in hac vita laborantium tria genera sunt. Sequitur

Licet autem **Similitudo inter laborantes et molentes**
velud tres sunt homines de mane usque ad vesperam manu
molentes. Horum quippe primus quidquid molit in saccum sus-
cipit et abscondit. Alter vero partem capit, partem in flumen
cadere negligentia sinit, partem vero vento rapi. Tercius autem
quidquid molit impetus fluminis secum tollit vel ventus
dissolvit. Veniente autem vespera quando a labore cessatur et fruc-
tus laboris inquiritur, quid putas singulos sentire? Qui farinam
totam servavit totum laborem suum bene recognovit. Qui non partem
recollegit inde letatus est quod habuit, inde autem mestus quod
vel vento vel flumine amisit. Qui vero totum amisit eo tristior
fuit. Flumine presentis decursus accipitur. Vento vero gloria designatur.
Manibus molendinum quod tota die molit presens labor est huius seculi,
qui a mane usque ad vesperam numquam finit. Mane nobis erit
quando nati fuimus. Vespera vero erit quando per mortis debitum
hinc transibimus. Tempus itaque presens dies est quo laborare debe-
mus. Unde in vespera vivamus. Et sicut mola circuita ducta ad
eundem locum semper revertitur, sic labor iste singulis annis
more solito iteratur. Modo namque aratur, seminatur, metitur, pa-
nificatur, comeditur, rursus iterumque ad idem revertitur. In vespera
vero tunc dicitur: Voca operarios et redde illis mercedem suam. Le-
tabuntur iusti tota servata farina, id est vita sua. Alii autem
qui eam non totam servaverunt in hoc mesti erunt, leti tamen quod
ex parte sui laboris deum cognoverunt. Verum alii qui omne tempus
suum in vanitate posuerunt et quod fecerunt non ab humana laude
absconderunt, quasi omne studium vite sue videntur suum fluminis
perdiderunt, farinamque suam vento commiserunt. Unde et in fine pane
vite eterne carebunt. **Quod bonitas uniuscuiusque fidelis deo et omnibus bonis sit utilis**

Eo diligentior ad studium bonitatis quilibet efficiatur, quo fruc-
tus uberior inde provenire probatur. Sciendum est itaque quod
bonitas cuiusque omni creature est utilis et bona, exceptis demoni-
bus et dampnatis hominibus. Deo etiam qui nullius est indigens
quadam ratione prodesse videtur. Hominibus est utilis quando per eius
quis exemplum merito ad eternam beatitudinem pervenerit, numerus
electorum incrementum accipit. Cui quanto amplius creverit,
tanto maius et etiam retribucio expectanda erit. Nam cum unus re-

sanctorum completus fuerit. retributio istorum mox accipienda erit. tunc qui
dem in corporibus quod iam habent in animabus. Si autem unusquisque
fidelis mox ut hanc vitam deserit corpore simul et anima etiam beatitu
dinem consequeretur. omnes qui hoc viderent eius sequi sanctitatem com
pellerentur. itaque meritum fidei quodammodo videretur evacuari. Bonus
itaque utilis est hiis qui cum deo sunt quia eorum numerum sua presentia au
get. et illis qui in presentiarum sunt vel adhuc futuri sunt prodest. quia
locum in illo cetu beatorum implet. qui in bono in fine vacuus
esse potest. Facit etiam aliud. malitiam siquidem pravorum excludit
exemplo sue bonitatis. Soli ac lune bonus homo ceterisque creaturis
est utilis. quia in consummatione istorum commutabitur in melius. quod
quid est omni creature. Sol quippe sicut propheta ait septempliciter
lucebit. sicut lux septem dierum. et luna erit sicut sol. alie creature
licet pulchre sint mutabuntur in melius. cum deus illas mutabit
in statum eximie non mutandum. Angelis quoque bonus homo est
utilis. quia se omnibus illis amicum facit. Cum enim michi amicum
adquiret. qui me tamquam semetipsum diliget. et quem ego tamquam
meipsum amare. magnas ei gratias agerem vel agere deberem. Cum sciens
eum bonus studuerit esse. in bonorum amicitiam transibit. ita ut unumquemque
tamquam semetipsum amabit. et omnis eum eodem modo habebit carum
tantus enim amor tanta concordia in eis omnibus. ut omnes amici
unius sint amici et alterius. Qualiter autem bonus et deo sit utilis
videamus. Omnipotens deus civitatem quandam magnam et ad
modum spatiosam. ad suam gloriam edificavit. quam copiosa
civium multitudine replevit. Civium non nulli cum propriam volun
tatem potius eligerent facere. quam sub eius bonitate et ordinatione
dei remanere miserabiliter corruerunt. et domus et edificia mag
na et spatiosa ex parte vacua remanserunt. Ut igitur aliquis
qui urbem magnam fieri ordinasset. qui multa in ea pallatia
construxisset. multasque mansiones ad urbis edificationem fecisset. et habi
tatores non habet. et omnes quoscumque potuisset invitaret ad se.
sic facit deus. omnes enim ut ad se veniant. et ut sibi ad sue civi
tatis edificationem subveniant precatur. admonet. invitat.
bonas leges pollicens. pacem et securitatem promittens.

Ibi namque illa immobilia legum Comendacio superne urbis
et optime ibi consuetudines. ibi cives non ex timore alicuius

suas occultant opes, ymo gaudent dum palam omnibus appa
rent. Nullus siquidem ibi intuitus malorum, pestis nulla locus
~~locus amenus~~ violencia omnisque rapina procul inde remota. Porro
terea locus amenus et magna dulcedine refertus. Domus pate
edificia ampla, diversi generis mansiones sunt et ipse dominus in do
mo patris mei mansiones multe sunt. Et propheta Ysaias O Israhel
quam magna domus dei, et quam ingens locus possessionis eius
magnus et non habet consummacionem. Excelsus et immensus.
tenebre illi nulle luce indeficiente continue refulgente. Infirmitas nulla
sanitas indefessa, nichil incomodi, omnia ad uotum. Ad hanc itaque
edificacionem invitat nos dominus dicens Venite omnes qui la
boratis et honerati estis, et ego reficiam vos. Cum igitur venire
voluerit dei procul dubio quodammodo adiutor erit. Unde apostolus Dei
adiutores sumus, dei edificacio estis. Sublimitate ergo quicumque stete
rit. non solum sibi sed omni creature utilis erit, sed etiam ipsi
suo et omnium conditori, ut dicemus beneficia prestabit. Hec etenim civitas
sancta cui se sponte associavit. si vel unus homo deficeret bonus num
quam perficeretur. Similitudo inter demum et quelibet rege indicatur

Notandum etiam quod sicut bonitas boni hominis hominibus bonis est
letitie incrementum, sic demonibus et dampnatis ho
minibus erit in detrimentum. Demonibus namque et dampnatis ho
minibus sanctorum consummacio erit inestimabilis luctus. et etiam damp
nacio. Nam et cum isti obtinebunt corporis et anime gaudium sempi
ternum, tunc similiter et illi ibunt in supplicium eternum. Cum demones
non latet, modis omnibus laborat sanctorum incrementum impedire.
qui quidem donec ultimus eorum eis associetur non includetur. sed
habent potestatem temptandi electos dei, quibus qui probati inve
niuntur digna remuneracione donentur. Inimici vero atque reprobi perhe
nniter puniantur. Vigilemus ergo ut salvator admonet. quia ad
versarius noster circuit querens quem devoret. Illum autem devorat
quem sua suggestione vel malis actibus induxerat. Notandum
etiam quod qui bonis actibus alterius invidet sanctis consentit. qui
vero invidet dyabolis. Et quidem magis puto eius salvacionem
sperandam qui parum boni facit et benefactis aliorum favet, quam illius
qui multa bona facit et invidet. Ipse etenim cum bona aliorum placent
si dampnatus esset iuste talis conqueri posset. Quos sancti de vita

iusticia semper letatus sum. Itaque si beatitudinis vite particeps non
fuero inde dampna vero accepturus inde semper gaudebam
Inter **Quo discernit deus inter bonos et malos similitudo de rege**
saluandos quidem atque dampnandos sic deus discernit quo
rex quidam inter fideles et infideles impii sui. Sit itaque rex spa
tiato ex una parte vno conuiuio magno ex alia quodam carcere tene
broso disposito quia ut quoscumque sibi fideles poterit comprobare post
quam omnes congregati fuerint faciet simul discumbere. Quoscumque
autem sibi esse infideles conuincere poterit postquam et ipsi fuerint
congregati in tenebrosum illum carcerem faciet detrudi. Omnes
itaque ad se inuitat ut quis fidelis quis sibi infidelis sit agnos
cat. Horum fidelium et infidelium qui omnes inuitantur alii
precedunt alii subsequuntur. Fidelium igitur quicumque cum venerit postquam
vere esse fidelis comprobatus fuerit datur introitum sibi intra.
Donec conueniant omnes qui cum eo sunt cenaturi ut simul
incipiant omnes epulari. Infidelium vero venerit quisque postquam
conuictus fuerit infidelis esse flagellatur interim usque congregetur
et alii qui cum eo incarcerandi sunt detrudendi ut simul in eo incipi
ant omnes cruciari. Hoc igitur ut fuerint omnes congregati et fi
deles vel infideles esse fuerint comprobati hii simul omnes in con
uiuium sociantur. Illi vero in carcerem trusi fame et siti morientur.
¶ Sic igitur rex ipse est deus qui sic discernit inter bonos et ma
los mundi istius. Ipse enim parato hinc paradiso hinc inferno constituit
quia quoscumque sibi fideles obsequentes inuenire poterit postquam
omnes ad eum ex hoc seculo transeuntes fuerint congregati omnes
simul in paradisum cum corpore et anima collocabit. Quoscumque vero
poterit reperire preceptis suis resistentes postquam et ipsi conue
nerint omnes simul in ipsum horribile cum diabolo detrudet. Omnes
itaque per suos predicatores ad se inuicem inuitabit ut quomodo sibi
vnusquisque velit obedire agnoscat. Verum eius preceptis quisque
velit obedire alii obediunt alii resistunt. Vtrique alii prius alii
morientes postmodum omnes ante eius examen representantur. Quicumque
itaque obediens ei fuisse comprobatur requiem ei sed in anima sola
interim datur. Quicumque est vero deum obediencia conuincitur et
ipse in anima sola cruciatur. Postquam autem omnes mortui
ut dictum est singillatim examinati fuerint finitoque seculo venient

quia resuscitatis illud etiam generale iudicium peractum fuerit bo-
ni omnes in celum translati in anima simul et corpore letabuntur. mali
vero in infernum detrusi et ipsi in anima simul et corpore cruciabuntur.

Multi homines De quatuordecim beatitudinibus corporis et anime

quibus non numquam boni mores et iusta operum promittuntur:
et ut se in eis seculi postposita vanitate exerceant admonentur
querere solent quare ob rem quo premio qua ratione qua retributione
Respondetur itaque illis quod scriptum est quia nec oculus vidit nec au-
ris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus his qui
diligunt eum. quod cum illi non dum clare audiunt quid sit prius
repetitur hoc ipsum aliis verbis et dicitur eis premium quod his qui
in hac vita deo serviunt in futura vita recompensatur in vita eterna
sufficientia scilicet omnium bonorum beatitudo eterna eterna iocunditas secundum
voluntatem et sine omni indigentia. Hec igitur cum illis omnia
hoc modo dicuntur bona quidem et magna ut sunt videntur. Sed quia
non intelligunt quid in ipsa vita beatum sunt nec subito quid sit
omnium commodorum secundum voluntatem sufficientia et sine omni
indigentia percipere possunt. habent animo nec multum efficacia sapo-
re ad audita trahuntur. Quid ergo sit agendum ut hec illis
aliquatenus sapiant et sic ad opera bona evigilent. puerorum
more cibandos estimo eos qui si aliquando grossum aliquod
pomum edendum percipiunt illud ob dentium tenenitudinem et
oris angustiam absumere nequeunt si pro illorum capacitate prius non
fuerit particulatim divisum. Itaque dividamus in partes magnas
que diximus ut inde possint aditum invenire de quibus agimus
Quare ut melius elucescant consideremus que in hac vita mens
humana amet humana et ex his prout possumus coniectemus
illa esse eos habituros in vita eterna multo excellentius si tamen
in tam multimoda mundi pericula constituti domini fuerint precepta secuti
atque cum ipsa illic adepti fuerint in plenitudine desiderii sui quia
se nequaquam fraudatos percipient. Hec igitur ut premisimus fiat
ut animus paulatim progrediatur. Quatuordecim sunt ergo beatitu-
dinis partes quas finito generali examine perfectius omnes electi
habebunt totidemque miserie genera que mali tunc sustinebunt
Hoc autem beatitudinis partes atque miserie sic sibi invicem sunt omnino con-
trarie quod et ipsi qui eas accipiet in terminatione Hec sunt qua

Partes vero beatitudinis sunt pulchritudo **quatuordecim beatitudines** agilitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, longevitas, sapientia et amicitia, concordia, honor, potestas, securitas, gaudium. Ista nunc estimo sunt que propter se et propter que alia queque ab hominibus appetuntur. Sunt autem in his aliqua sunt que aliqui propter deum non modo appetunt, sed etiam magno pretio mercari vitare et subterfugiunt, ut sunt verbi gratia pulchritudo corporis atque voluptas. Utique non ideo ea fugiunt quod hec naturaliter nolint, sed ne deum his quoquomodo offendere possint. Nam si per ea nullum offensionis indicium contrahi posse procul dubio sentirent, vel se ab eterno amore impediri non pertimescerent, profecto iocundius nimis quam in eorum contrariis se deducerent. Partes vero miserie septem prelibatis beatitudinibus contrarie hec sunt **Hec sunt quatuordecim miserie**

Turpitudo, ponderositas, imbecillitas, servitus, infirmitas, anxietas, vite brevitas, insipientia, iniustitia, inimicitia, discordia, dedecus, impotentia, timor, tristitia. Notandum quod sunt septem priores beatitudinis partes ad corporis beatitudinem, septemque posteriores ad animam pertinent. Sic quoque et huius VII priores miserie partes corporis, VII que ultime perficiunt mentis miseriam. Quicumque igitur illas omnes beatitudinis partes habere poterit, perfectam corporis et anime beatitudinem possidebit. Cuicumque vero has omnes miserie partes tolerare contigerit, summe corporis et anime miserie subiacebit. Verum in hac vita nec unam illius beatitudinis nec huius miserie partem quisquam potest ex toto habere, nec rursus ex toto eam carere. In alia vero vita aut perfectam habens beatitudinem miserie nullatenus subiacebit, aut summe subiacens miserie omni beatitudine carebit. Credo ut totum comprobare possim, quod per singulas beatitudinis atque miserie partes curramus. **De pulchritudine et turpitudine**

Pars igitur prima beatitudinis est pulchritudo, miserie quoque prima contraria turpitudo. Istam vero omnes habere, hanc vero contra ... carere. Sed in hac vita neutrum habere perfectum, nec neutrum possunt carere. Hic nam enim est illa speciositas hominis quam multo est minor pulchritudine flosculi? Sit enim ut lilium candeat, omnis ut rosa rubeat, ... tamen quantulamcumque pulchritudinem habet, nisi summe turpitudini subiacet. Non igitur nec ista nec illa perfecte habere nec eis in hac

In alia vero vita perfectum altiorem habebit. altaque omnino carebit. Pulchritudo et
eciam quoddam bonum est. quod naturaliter a cunctis amari debet. Nulla siquidem
vita. pulchritudo iustorum solis pulchritudini. que septemplicior quam modo
est erit splendidior adequabitur. Unde scriptum est. Fulgebunt iusti sicut sol
in conspectu dei. Amplius corpus dominicum claritati solis prelucere. nescio quem quempiam
posse ambigere. Huic autem similes teste apostolo erimus qui ait. Reformabit
corpus humilitatis nostre. configuratum corpori claritatis sue. Hac auctoritate compro
bata. si quis etiam velit sibi ratione comprobari. credo nulli debere incredi
bile videri. iustos pulchritudinem solis in illa vita. ubi mortale hoc absor
bebitur tantummodo sortiri. cum vere dicantur et sint templum et sedes dei. quod
numquam in divina pagina de sole isto visibili meminimus legi. Hac igitur tali
et tanta pulchritudine iustus rutilabit. Cui vero iniustus fuit. sterco et omni
cadavere fetidior. omnique fuligine turpior erit. Ibi igitur pulchritudinem
perfectam. qui summam habebit turpitudinem.

De agilitate et ponderositate

Secunda pars beatitudinis est agilitas. in cuius contrario ponderositas.
Hanc vero non omnino habere. ut cuiusque hominis pre homo pennis sint carere
Nam quanta est hominis agilitas. quam minimus passer superat. Ceterum quoque
modo movere se potest. non sine ponderositati subiacet. In futuro autem qui perfecte
agilis erit. aut sit ponderosus. ut se movere non possit. Hec velocitas
quam pulchritudine non minus amatur. tanta nos concomitabitur. ut ipsis ange
lis dei eque celeres simus. qui a celo ad terras et econtrario. dicto citius vola
bunt. Que celeritas si vere sit in angelis probari non est. exempli gratia dici
potest. Hominem adhuc mortali carne gravatum. mox in iudea per angelum
in caldea delatum. videlicet tradito prandio quod deferebat. sine mora relatum
Ergo cum istis omnino par velocitatis nobis erit. quibus sicut premissa est illorum
equalitas meriti. Apostolus etiam cum corpora nostra. que quantacumque locorum inter
capedine separata membratim fuerint. sine dispensa in ictu oculi asserit re
surrectura. satis innuit. quanta velocitate eadem corpora iam incorruptibi
lia sint futura. Corruptibile quippe hoc sicut ipse testatur induet incorruptionem.
et mortale hoc induet immortalitatem. Huius quoque velocitatis exemplum in radio so
lis licet intueri. qui statim orto sole in plaga orientali pertingit usque ad ul
tima plage occidentalis. ut in eo perpendamus non esse impossibile quod
de nostra diximus futura velocitate. Presertim cum rebus animatis soleat esse
maior velocitas quam inanimatis. Habet etiam radio solis simile exemplum
velocitatis homines in nobis. Radius quippe oculorum more in sublevati
one palpebrarum ad usque celum pertingit. et ictu eius totum in semet ac in

tegere redit. Amplius constat quidem animas sanctorum que iam celestia tenent nec dum plena felicitate frui donec incorruptibilitate corporum suorum potiantur. Que cum adepte fuerint non est quod amplius uolent. Hec itaque corpora si eos assumpta uelocitate aliquatenus tardiores aut grauiores efficere debeant, immo potius eorum consortium abhorrerent quam appeterent. Ea igitur qua diximus uelocitate donabitur homo sanctus cum ad eternam uitam fuerit translatus. Malus uero tanto penarum premetur pondere ut nec pedem quidem uel manus uel aliquod sui corporis possit mouere. Unde est illud in euangelio: Ligatis pedibus et manibus eius mittite eum in tenebras exteriores.

De fortitudine et imbecillitate

Tertia pars beatitudinis fortitudo dicitur, miserie uero imbecillitas que ei opponitur. Sed que est hominum fortitudo in hac uita quorum plena namque eschinus in mari retentatur. Quamuis tamen homo imbecillia quedam superare uideatur non omnino imbecillitati subiacet. Itaque nec fortitudinem perfectam nec summam hic habet imbecillitatem. Sancti uero prestabunt mirabilibus quemcumque supernis meruerit ciuibus associari, intantum ut nullatenus illis quicquam obsistere ualeat, etiam si mouendo quid aut euertendo uoluerint, ac suo statim quidem illico cedat. Nec in eo quod diximus maiori laborabunt conatu quam nos modo in oculorum nostrorum motu. Ne quero illa similitudo angelorum uero excidat ab animo, qua adepturi sumus in futuro, quibus si in hac fortitudine aut in his que dicturi sumus aliud exemplum non occurrit, uel ipsa propria angeli adequabimur. Ad ea comprobanda possit. Hec igitur in quibus angelos ualere constat tanta nichilominus fortitudo ualeat. Nemini enim autem qui dubitet puto existere angelos ea quam noluit fungi fortitudine. Cum igitur eis similes fuerimus nunquam imbecilliores eis erimus. Sed fortassis queret aliquis quid nobis tunc illa fortitudo prestabit, cum singula tam conuenienter ut conueniunt necessitas ubique disponit, nichil mutandum uel euertendum uel statuendum sit in quo uires suas quis exercere possit. Cui hoc dicit: paucis nobiscum quam in huiusmodi habeat usus humanus attendat, et uidebit quod non semper omnibus que habemus uel que nos habere non parum gaudemus actu utimur. Sic ubi gratia ipso usu potestate aliqua non uiolatur scientia rerum et multi in hunc modum sit, et tunc de qua agitur fortitudine est. Sola namque possessio eius grata nobis erit et exultatio grandis, licet in actum nunquam sit uentura nobis. Erit ut dictum est in suo statu quemque locat. Hec eadem questio si tandem de uelocitate et de aliqua parte beatitudinis moueatur. Hac solu-

corone. si non captorem eorum quibus in venit spoliat. Infirmitudo igitur ut iam pre-
libavimus sic in iustis fortis erit. ut etiam si velit terram commovere possit.
Et sic e diverso in iniustis imbecillis. ut nec etiam culices a motione quatiat ab oculis.
Quarta post beatitudinis libertas dicitur. De libertate et servitute. cui
contrarie non servitus. Liber est qui cogi non potest ad ea que nolit. nec pro-
hiberi ab eo quod velit. Et quis in hac vita valeat esse. qui hanc li-
bertatem possit habere. Alius non cogitur pati quod nollet. quisque valet
assequi omne quod vellet. Omnia tamen non ad omnia homo que non vult cogitur.
nec ab omnibus que vult prohibetur. nec omnino libertate privatur. nec omnino ser-
vituti subicitur. Infirmitudo autem ante peccatum habuit libertatem. et omnimoda
caruit servitute. Et ut iam diximus. et auctore apostolo idipsum confirmante an-
gelis consimiles erimus. Et inmaculati angelis assimilabimur. eorum quoque
libertatem necessario assequemur. Itaque sicut angelis nichil obsistit.
nec aliquid eos impedire potest vel constringere. quin pro velle suo cuncta
penetrent liberrime. ita non erit aliquod obstaculum. quod nos retar-
det. nulla clausura que nobis ullatenus obstet. non elementum quod
nos ad velle nostrum premat omnino non existat. Amplius. Ecce dominicum
corpus cui corpora nostra configuranda paulus testatur. ut iam supra me-
minimus. clauso sepulchro a mortuis surrexit. ac deinde ad discipulos
obseratis ianuis palpandum introivit. nobisque huius libertatis future
documentum reliquit. In illa etenim vita. si bonus fuit nil patitur quod
nolit. sed agere permittitur quecumque voluit. Si vero fuit malus. ad omnia
que noluit cogetur. et ab omnibus que voluit prohibebitur. De sanitate et infirmitate
Quinta post beatitudinis sanitas est. cui sic non infirmitas. Illa homo
ab ortu suo caret. hanc autem incipit tolerare. Ex quo enim nascitur.
prima eius vox indicat. quia nam patiatur. Mox deinque incipit esurire
sitire lacessere. sinus in pannis sordescere. Hinc cecus vel surdus. mutus
vel claudus. tardus vel scabiosus. leprosus paraliticus aliove morbo efficitur
infirmus. Et cum eius infirmitas quibusdam medicaminibus levari potest.
non omnino infirmitati subiacet. Deo infirmitudo et sic sanus erit. ut nulla-
tenus infirmabitur. sed summa sanitate perfruetur. Dechat sanitate que melius
dici potest. quam quod propheta canit. salus [illegible] iustorum a domino.
Omnibus autem sunt vera adeo sanitatis. que surripere valebit infirmitas.
Cuius de ista sanitate. qua in articulo futuro habebimus. quod exemplum queram
afferre. ut que sit intelligatur non invenio. quia nichil sanitati quod ei com-
parare possim. Nec ego in me. aut aliquis in mortali carne degens.

sensit ipse. hic etiam tunc nobis sani videmur. cum nichil in nobis
quod doleat sentimus. fallimur tamen verum multi in hoc. Nam frequenter in aliqua
parte corporis infirmamur. nec tamen hoc ipsum nisi aut motu aut aliquo tactu
nullo pacto experimur. At de hiis qui nec ita infirmantur. sed ex omni parte
sani sibi videntur. quid dicemus. utrum sint vel non sint sani perfecte?
Pone tibi quemlibet sanissimum corpore. et de sanitate illius securitate [illegible]
[illegible] cum suo medico. hic talis paululo durius tangatur. aut malleo in corporis
parte aliqua contingatur. et statim videbis quod clamabit. sine ledis me
sine vexas me. Quid est hoc? Nonne prius se sanum dicebat. et nunc modo
dicto tactus ita dolens succlamat? Iste nec tibi sanus videtur? Non
puto. Nequaquam salus huiusmodi nobis dabitur. quorum salus a domino futura
promittitur. Nam absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum. et iam non erit
amplius neque luctus neque clamor. sed nec ullus dolor. quia priora
transierunt. Et non esurient neque sitient amplius. nec cadet super eos sol.
nec ullus estus. Dextera enim sua deus teget eos. et brachio sancto suo
defendet eos. Quid itaque eis nocere valebit. quibus dextera dei tegu
mentum erit? Qualis autem illa sit sanitas. certe scio me nec meo nec
alterius sensu vel experimento accepisse. Febrium [illegible] diversarum infirmitatum
qualitates seu huiusmodi sunt. cuivis interrogatus facile eas anime expositas
forsitan intelliget. tum quia ego illas in me. tum quia ab eis accepi qui
sunt. qui eas experimento didicerunt ipse. At quod nec sensu percepi. nec ab ullo
qui percepit ut dixi accepi. non eodem modo. Credo tamen et incunctanter [illegible]
[illegible] quidem sunt opinio astruere licet. sanitatem intus futuram. ita inge
ntem et incommutabilem atque inviolabilem fore. ut ineffabili quadam sanita
tis dulcedine totum hominem repleat. et omne quod alterius in se infirmi
tudinis mutabiliter aut lesionis suspitione pretendere queat. penitus
arceat atque repellat. Erit sic igitur in istis erit sanus. at non quilibet
in isto tanta ibi sciatis infirmitate constrictus. ut nullo postmodum me
ditamine queat meditari. De voluptate et anxietate

Sexta pars beatitudinis est voluptas. miserie vero anxietas. Illam
homines appetunt. hanc refugiunt. Verum tamen tam in hac vita
querunt. non nisi per anxietatem invenire possunt. Cumque ad id pervenerint
quod voluptatem putant. non nisi laborando eadem perfrui valent. quod si
etiam nisi fuerint in moderati rursum eis in anxietatem convertitur. Quia tamen
in eo qualitercumque delectantur. nec omnimodam anxietatem patiuntur. Post
hanc vero vitam aut omnimoda voluptate aut omnimoda replebuntur anxietate

Sicut enim ferrum ignitum qualibet sui parte *Similitudo ferri igniti*
continet ignem, sic miseri bonum voluptatem, mali vero sentiunt
anxietatem. Hanc vero voluptatem neminem in hac mortali vi-
te esse puto vel fuisse qui eam ut est senserit vel gustaverit, ut illius
saporem vel dulcedinem aliis declarare possit. *De duabus beatitudinibus*
Tradicamus tamen aliquid ad hanc declarandam. *et duabus miseriis*
Dicimus duas beatitudines et duas miserias esse, maiorem scilicet
et minorem. Maiorem regnum dei, minorem vero in quo Adam primo fu-
erat positus paradisi gaudium dicimus. Item maiorem miseriam eternum
ignem iehenne, minorem autem erumpnas fatemur vite presentis, quas omnes in-
vinimus incessanter patimur. Beatitudinem quippe neutram aliquando experti
fuimus. Quod si saltem illam primam beatitudinem qua Adam in paradiso po-
situs erat experti essemus, forte per hanc illam maiorem aliquomodo con-
iectando videre possemus, sicut nunc de minori miseria nati nutriti et
adulti multa de miseria maiori conicientes volumus edisserere et expla-
nare valemus. Itaque cum voluptas de qua agimus constet esse una por-
tio summe beatitudinis, quo illa modo explicemus ut cupimus non video,
nisi forte id agimus aliqua contraria similitudine magne miserie, quam ex
minori coniectamus. *Exemplum de voluptate vite eterne sive beate*
Sit igitur ante oculos cordis positus exempli causa homo aliquis qui
etiam in ipsis oculorum suorum pupillis quasi et in singulis membris
ferrum ignitum et candens infixum habeat, ita ut nec medulle, extrema-
ne omnino quicquam in toto ipso cruciatus immune remaneat vel
ea levius quam in ceteris aliquatenus sentiat. Quid dicam angustie que
hunc estimet sine fine vitam vitam ista? Eodem modo secundum penitus contraria con-
sideratione in illa futura vita dilectio quedam ineffabilis bonos in-
ebriabit, et inestimabili dulcedine sui totos eos inenarrabili exim-
dietia satiabit. Quod dixi totos quia oculi aures nares os manus pedes
cor iecur pulmo ossa medulle exta etiam ipsa cuncta singulatim
singulaque membra eorum in commune tam mirabili delectationis et dulcedi-
nis sensu replebuntur, ut vere totus homo torrente voluptatis dei
potetur et ab ubertate domus eius inebrietur. Per econtrario credimus
ut dictum est de misero. *De longevitate et vite brevitate*
Septima pars beatitudinis est longevitas, miserie vero vite brevitas. Illa
beatitudinem corporis, hec autem miseriam perficit. Tunc enim primo predictas
beatitudinis partes corpus habere poterit cum eas diu retinere valeat. Nam si eas

omnes quos habet et statim moriendo amitteret, quid eas sibi huiusmodi prodesset? At longevitatis habere perfectum non potest, qui aliquando moriturus est. Quantumlibet enim vivat, diutius somnium videtur esse quod vixit, cum moriturus est. Non igitur longevitatem homo hic habere valet, ubi quandoque moriturus est. Ceterum quia non mori certus potest, vitam hic omnino brevem habebit. In futuro autem aut longissimam aut vitam habebit brevissimam. Qui enim bene vixit, vivit tunc, vivet quamdiu et Deus; unde scriptum est: Iusti autem in perpetuum vivent. Qui vero male vixit, non nisi moriendo tunc vivere poterit. Nihil igitur brevius vita illa, cum morte semper fuerit mixta. Hic autem notandum, quod septem predicte beatitudinis inferiores partes ad corpus pertinent, cetere vero que sequuntur ad animam. De sapientia et insipientia

Octava itaque pars beatitudinis ad animam pertinet, est sapientia, cui subiacet insipientia. Illam habere hic vix aliquis homo se estimat, si quid agnovit quod alius nescit. Sed que eius sapientia, qui seipsum ignorat? Quis enim se perfecte agnoscere valeat? Cum dicitur res sit anima sua, quis ne novit quale sit corpus eius intrinsecus vel quale posterius etiam extrinsecus? Quia tamen se talia quoquomodo cognoscere potest, non omnino insipiens est. Verum in futuro aut perfecte sapiens aut omnino erit insipiens. Sapientia igitur, quam quis in hac vita non multum amat, tanta in futura vita bonis erit, ut eorum quemque scire non lateat, nihil sit quod ignoret. Boni enim Deo, qui est perfecta sapientia, replebuntur, eumque facie ad faciem intuebuntur. Quem ad modum ita perspexerit, tunc totius nature videbit, que in Deo melius quam in se ipsa consistit. Scient etiam iusti cuncta scienda, que Deus fecit scienda, tam que preterita quam ea que postmodum sunt futura. Ibi a singulis omnes, ibi ab omnibus singuli cognoscentur, nec quicquam omnino latebit, cuius patria, qua gente, qua stirpe quis editus fuit, vel quid etiam in vita sua fecit. Quomodo peccata singulorum singulis pateant

Hic fortassis aliquis ait: Quid ergo et hic peccata que feci scient omnes? Ad hoc ea confessus sum ut delerentur et oblivisceretur, ne multis amplius panderentur. Bene. Sed cum tu in illa gloria ab omni tua omnium sorde purgatus vultui Dei purus astiteris, ingratus ne ei esse poteris pro tanta misericordia quam tibi fecit, remissis illis et aliis delictis tuis? Non ingratus eris. Et unde gratias ages, si nihil eorum unde nunc gratias illas debeas in tua memoria habeas? Scit igitur in istius laudibus eternaliter iocunderis, semper de quanta miseria sis erutus, ut puto, coram te habebis. Cum igitur singulorum conscientia singulis pateat, sciri audio

ea quoque peccata cunctis electorum patent. per quorum curationem tu deo gratiosus existis
assidue. non ad tuam confusionem. sed ad magnam dei misericordiam eius glorifi-
cationem. tuamque congratulationem. Non enim peccatis tuis tunc maior cor-
dis angustia premet. scelerumne tuorum magis pudebit. quam aliquem olim
magnis vulneribus sauciatum. iamque ex omni parte sanatum aboliti languoris
molestia premit. vel quemquam eorum que in annis potius infantis egerat
nunc grandevum pudet. Tunc quippe cum integra sanitas. perfecta mundi-
tia. plena remissio. secura omnium offensionum impunitas extiterit.
cognitio vel recordatio peccatorum tuorum in nullo tibi magis horrori esse vel
confusioni valebit. quam est modo beato petro apostolorum principi. quia christum ne-
gavit abnegatio sua. beate marie magdalene peccata sua. et multis
aliis multa que fecerunt iam donata. Immo sua deum super hec agnitis
delictis. includit enormium ac feda infirmitate sua. pietas virtus sapientia
medici qui te sanavit. sublimius extolletur. amplius [illegible]rabitur. laudabitur.
magnificabitur. Laus autem et magnificentia glorie dei tua si bene
advertis gloria est. Quod dices. equidem consentio laude dei gloriam esse me-
am. verum cum hinc inde tot et tot ad mei comparationem innocentes procedant.
qui considerant mente mee obscenitatibus. me omnino sicut equum est hor-
rori sordidum iudicent. quid dicam. Iustitia nempe suum. et suum et iusti-
tia premium exigit. In hiis hoc nolo timeas frater. aliter erit enim quam estimas
Illum siquidem quem tu tibi comparatum indicas penitus innocentem. non
ibi respicies de te quemadmodum putas sentientem. Nam inde ille de quo
agis plane intelliget. te nequaquam se sed deum quem peccasti offendisse
Cum igitur viderit deum tibi tua debita funditus dimisisse. vel in cor sibi
ascendet. ut te inde aliquatenus iudicet. In hoc enim ipse deum se offendere
cognosceret. si deo te proxima reconciliatum. pro hiis que olim feceras vel
latenus comprehendum cogitaret. magis autem gratiosius et estimabiliter dei cle-
mentia admirabitur. non solum in te sed in se. In te quia de tam profundo in-
iquitatis eripuit te. In se quia sola gratia eius ne in tale profundum
rueret tenuit se. Laudabit igitur magnificabitque inde potius gratiam
dei unam atque constantiam. quibus emittes voragine tanti mali eva-
sisti. iuxta quam quia et ipse considerabit. nisi adeo adiutus fuisset
non ita forsitan iter iustitie tenuisset. Vides igitur quod tibi in perpetuum
vulgata cognitio peccati tui. ymo quam multum laudis et gratie agnita remissio
Possit etiam angelis. Altitudo inter misum hominem et angelum sui generabit
si de societate sua. propter peccata tua te indignum nesciet iudicare. Hec e[...]

qualiter contra eos nunc te posses defendere cum non nisi inquinis modo
audi. Propone angelum aliquem quasi talia tibi imperantem. Tu
homo de paradiso expulsus es. tu pulvis quoque futurus. quoniam contra deum
te extulisti. contra eius preceptum te in scelerum omnis peccati et miserie
tumultus deiecisti. et nunc nostri similis esse queris. quos nunquam tali
quo voluntati dei contraisse tumes. Ad hec itaque respondeas. Cur ego ut
tu dicis de paradiso expulsus sum. et hoc non miror si nexu temptationis im
pulsus. in sordes sum criminum delapsus. Cum tu agnita et credita
vita Christi spretis omnibus que illum nolle sciret potius in [?] quod
illum velle intellexi memetipsum exui. Unde tribulationes angu
stias et famem siti vigiliis verberibus contumeliis aliisque modis in [?]
ad honorem eius sustinere non renui. et quecumque mundana pro nihilo
meis nichili pendes. illius gratie tantummodo solius pro singula recon
ciliari studium vos [?] autem quid horum umquam sine ea sustinuistis. Semper
vos gloria. semper [?] iocunditatis comitata. semper vos tenuit dextera
dei. atque defendit ab impugnatione omnis peccati. ita ut nulla vobis
surriperet macula eius. Itaque si a voluntate eius non recessistis. ipsius
donum est a quo inquit tenti estis. Et quia hec commotio illos tantummodo
respicit. qui proditionem sue unum fecerunt. et regnum celorum violenter
rapuerunt. alii qui in illo sunt secundum alio modo intraturi. alia ratione pro
litate angelorum sibi sunt vendicaturi. Et queris quia et forsitan ista
dicent igitur illis. Et in regno dei vita querimus equaliter beati. dono
et gratie Christi Ihesu domini nostri id ascribimus. qui ad hoc dignatus est homo fieri. pa
ti mori. ut nos ab omni delicto in sanguine suo iustificatos. suum
regni consortes efficeret. Vos igitur considerate an sanguis Christi qui est
pro nobis effusus. queat nos esse pro festa ea salute. Quid ad hec angeli
qui libenter eo quod boni sunt. rationi acquiescere nolunt dicent. nisi que
dicta sunt ratione [?] et homines nunc sua equalitate debere
sortiri. Cum itaque angeli atque homines quos magister indicaveris in
nocentes. tibi consentiant. tibi intuitu puritate rationis honorem
deferant. perpende si vales. quam grata sit sapientia ista. quam tu sic ab
omnibus. sic omnes ac cognoscerent in vita illa. Si autem fuit ma
lus. vera omnimodo sapientia privatus. tamen [?] doloribus ut non so
lum insipiens. verum omnimodo fatuus et amens. De amicitia et inimicitia

Nona pars beatitudinis est amicitia. Huic vero inimicitia. Perfecta
amicitia et eque inimicitia comitari non potest. Et quis habet amicitia

tanta. etiam filius erga patrem. Contraria tamen nullus hic habebit in inimicitia
tanta. que comitari non possit in amicitia. Vel omnino hic habet in inimicitia
summa. Insuper autem. aut amicitia perfectam. aut in inimicitia qui profecto in
veniet summa. Bonum etenim quemque sicut deus omnesque alii diligent
bonum. ut enim hic odio ultra non possunt. Unusquisque namque quemadmodum
seipsum. tantum et tam diu diliget et alterum. Nec enim video quo aliter
esse possit. presertim cum omnes unum corpus sint Christi. et Christus qui est ipsa
pax sit omnium caput. Non minori sese affectu complectuntur quam membra
unius corporis sibi invicem copulantur. Unitatis habundans eris in dilectio
ne. quam habet tibi erit in possessione. Ac tu ista tuis. et contemplaberis ipsum per
que hec bona tibi pervenere. et percipies quod ille plus quam tu teipsum. et quam ceteri
alii se. incomparabiliter amet te. Et tu super te ipsum. et super omnes alios
ineffabili quadam suavitate illum amabis. Malum autem quemque sicut deus
omnesque boni odio habebunt. ut nec filius quidem pietatem habeat de
patre inpenitus contempto. De concordia et discordia :–

Decima pars beatitudinis est concordia. miserie vero discordia. Con
cordia vero homo tam rara habet. ut nec sibi ipsi sit concors. Quippe
cum corpus et anima dissident. Et utrumque unum appetit alterum nolit. Deinde
quia non semper hec faciunt. sed aliquando idem volunt. non in discordia summa
persistunt. In alia vero vita. vel in concordia. vel in summa discordia persistet
corpus etenim cum anima cuiusque sancti. ymmo concordie tante erunt omnes
iusti. quante in presenti sunt oculi nostri. Sicut enim oculus unus ire non potest.
quo non ierit et alius. sed eandem partem semper volunt. Sic corpus
et anima. vel societas illa iustorum nil poterunt velle diversum. sed eandem
semper voluntatem habebunt. Corpus vero unum erimus. Ecclesia una cum sponsa
Christi erimus. quicunque ibi erimus. Ipsa enim dei voluntas non erit a tua
diversa. sed sicut tu quod ille. ita et ille volet in cunctis quod tu. Caput namque
a suo corpore quomodo discreparet. Quod omnes iusti idem velint

Sed forsitan dices. Eya si deus et omnes ille beatorum cetus vellet
quod ego. tunc et augmentum boni mei mecum vellet. Quod ego ibi non velle
non potero. Ero itaque par velle meo dominus maioribus in celo. Huic tue in be
cillitati tue respondeo. Quia si etiam beato petro par in gloria esse
volueris. eris. In gloria dico. quia ut petrus sis in persona. velle non poteris
Namque si hoc velles. teipsum nichil esse velles. Quod velle nequibis. Sed
nec in gloria illi equari. si minor eius impar fuisti. velle poteris. quia pul
cherrima illius corporis compositione. quam in hoc conspicies molari. plus

omni commodo carebis. Nunc enim etiam in humano corpore vel pes loco aut
officio manuum, vel manus pedis exoptat, aut os sive nasus ubi
oculi sunt, vel oculi ubi os vel nasus, velint suis sedibus cupiunt
transferri, aut si transferetur contemneretur et sine iniuria non id paterentur.
Eodem modo in illa admirabili et glorificata dispositione et eque disposita
glorificatione beate civitatis dei, ita quisque quod adeptus fuerit in ab(undantia)
ut statum suum priori gradui mutari non velit. Contrarie enim
cuiusque status erit sua felicitas et beatitudo sibi proveniet suis meritorum
dicta impetita. Amplius et ideo qui iam tunc in ipsius corporis unitate
collati fuerint maiora quam sunt adepti desideraret, eo ipso miseri essent
quo necdum haberent quod vellet. In regno enim alicui quod cupit deest in eo mi-
ser sit necesse est. Sed absit ab illo regno omnis miseria. Aderit itaque
omnibus omnis sufficientia. Quod perficiet in singulis unanimis et ple-
na concordia. Mali non in discordia persistent, ut cor corpori et anima spiritui
dissideat. Nam et corpus animam odio habebit, eo quod male umquam cogi-
tavit, et anima corpus quod male cogitata opere complevit. Perpetuis
omnibus torquentur in penis. De honore et de decore

Videtur pro beatitudinibus decor honor. Inscie non dedecus honorari at
homo ab hominibus appetit, aut cor ... aut ... quando in
eo collaudet ... aut ut sibi preponat. Sed tu hoc honore huiusmodi ap-
petit. Tale est ac si unus ... queat ab aliis laudari, cuique in regem
preponi. Huiusmodi tamen honorem licet in unus sit pene nemo potest ad plenum
habere. Nullus enim vel imperator acutius laudatur vel omnibus aliis preponitur. Contra
tamen multis acutius blasphematur vel aliis omnibus subponitur. Nec omnino
in honore infinito aut vel honorabitur vel omnino ... exhonorabitur. Contra honor
huiusmodi sit bonum sub exemplo consideremus. De paupere in regem adoptato

Ecce sit ante oculos nostros positus aliquis pauper, solacio omni de-
stitutus, ulcerum et aliarum infirmitatum feditate corruptus, et omni quo
vel frigoris asperitate defendatur tegumine nudatus. Hunc igitur talem tali modo
iacentem et in nullo semetipsum iuvare valentem si rex aliquis potentissimus
transiens videret, et misertus eius ulceribus mederi iuberet, curatumque suis
regalibus induimentis induere sibi ... preciperet, et adductum in filium
adoptaret, ac deinde preciperet ut in regno suo filius suus ...
haberetur, atque in nullo quod imperaret ... contradiceret, heredemque suum filiumque
suum ... coheredem constitueret, et eum nomine suo vocari vellet, nonne
diceres hunc magnifice et optimate honoratum. Et ecce deus nobis hec omnia

faciet. Nati enim de plenitudine carnis replentur multis miseriis. In quibus
miseriis constitutos et omni solatio destitutos omnique infirmitatum passio-
nibus obnoxios ac peccatorum et corruptibilitatis vitiis plenos sola misericor-
dia dulcissimi patris renovabit nos et sanitati restitutos ornamentis
perfecte iustitie et incorruptibilitatis ornabit. adductosque in filios sibi ad-
optabit. regni sui consortes efficiet et heredes. filioque suo unigenito
sibi per omnia equali et coomnipotenti coequales statuet et coheredes.
omnique creature iubebit. ut nobis quoque nolimus nos obediat. vocatosque
nos nomine suo deos faciet. Propterea dicit Ego dixi dii estis et filii omnes
excelsi. Et ipse deus deificans est. tu vero deificatus es. At fortassis
aures tuas hoc tam tantis quidem magnis apostolis seu martiribus poterit exspe-
rata. in me autem qui nimia inter illos vel minimus ero meam non intelligo
quo nam pacto constare queat. Ad hec intende queso et intellige. quod
nullum misteriorum absque deitate excipit deus. ubi ait Ego dixi dii estis. et

Verum ut dicta inclinans (Simile de igne et deitate) filii excelsi omnes
vocitentur. considera sub exemplo. Nam ignis. et nunc inter igni-
tum. si forte ibi aliquid teneamus queas ymaginari. qualiter illi summe
deitati pro modulo tuo possis participando deificatum esse. Ignis
unus est. et tamen pro natura calidus. In hunc ignem pone lignum plumbum et
ferrum simul. itaque cum lignum fuerit in carbones conversum et plumbum liquefactum.
ita ut in carbonibus nil nisi ignis appareat. et plumbo nil caloris
queat addi. nec dum tamen poterunt ferro in calore coequari. quod nondum
forsitan incanduerit. Sic igitur aliud alio magis incandere perceperit.
singulum tamen secundum naturam suam. in statu locutionis meo quia igni tamen
est ipse deus ignis. de quo dicitur nulla beata superiorum tamen sortietur. de quo loqui-
mur. Nam quemadmodum hii qui summe deitati sunt propinquiores
et obliti aliis superiores dii dicuntur. ita et qui illis sunt inferiores
quamvis eadem qua et ipsi summi deitatis perfruantur capacitate participantes
sibi nomine deos dicendos vere est. Talis honor ut pro libertinis
inferiorum immo minorum exhibebitur. Quinque vero malus sic econtra exho-
norabitur. ut in omni fetore diversitatis horum etiam dimidio subiciatur. De po-

Duodecima pars beatitudinis potentia est. (tentia et impotentia)
Cui infirmitati vero impotentia contraria. ille potentia obtinet. quod quecumque
voluerit facere poterit. Quia nullus hii potest facere. ut hic potentia potest
habere. quia tamen quicquid vult facere potest. nec omnino impotentie subiacet.
Rex iustus autem ut ne potens. aut est omnino semper et potens. Homines

aut quidquam nolint poterit facere. Qui ipsum omnipotentem in omnibus sue volun-
tati concordantem habebit. Malus non nichil quod velit agere quibit.
Gaudio igitur cum tanto honore et tue electis prestabit hanc ad extimus
suis omnipotentiam. Non video quam tunc possis tempore ampliorem.
Igitur dum possessione harum beatitudinum quas digessimus felix fueris, nonne
sufficientes tibi videbuntur. Et maxime inquit. Age igitur, si tu omnibus
istis vel una die sicut exposita sunt securus viveres, gauderes sine du-
bio. Si autem per se vel uno anno letificaretur. Et si toto tempore vite tue,
quid faceres? Diceres protinus utique libenter: nunc habere memetipsum in sempiternum,
si sic et non aliter ea adipisci valerem. Si non adhuc omnino securus existeres
eo quod dum viveres nullo eventu amitteres. Omitto dicere, utrum vel co-
gitare possit an non quod exultationis foret. De securitate et timore

Tercia decima itaque beatitudinis parte accipe securitatem. Miserie non
timorem. Hec alias siquidem omnes beatitudinis partes consummat. Nec
possunt haberi perfecte sine illa. Verum et hec ita. Nichil quis potest habere, un-
de securus valeat esse. Eodem enim momento semper exuitur mortuus
ex unico potest existere. Ergo nec alias beatitudinis partes nec securitatem perfectam
habet. Anima tamen non semper quod pati timet, sed quandoque effugere potest,
nec summum habet timorem habens. Iustitia autem cum securitate perfecta et [illegible]
[illegible] habebit summum timorem. Bonus autem quidquid volunt habebit et ni-
chil ex eo se amissurum timebit. Non quod nullus amittet bona semel adepta

Ideo enim quia si ea perdiderit, aut ipse volet
ea perdere sua sponte, aut deus volet ei nolenti illa auferre, aut alius
aliquis deo fortior superveniens ista tollet ab illo, deo et ipso non
volente. Sed certe nec ipse abiecto tanto bono et nesciat quod se evasis-
se gravius exultabit recedere volet. Nec deus qui tam larga illud et
clementi liberalitate donavit ei id aliquando auferre volet. Nec ullus
fortior deo superveniet, qui deo ipsum protegente hec illi in nullo aliqua-
tenus tollet. Malus non et semper tormenta que patietur pavebit, et
numquam ex eis evadere poterit. De gaudio et tristicia

Quartadecima igitur post beatitudines est gaudium. Miserie non tristicia.
Gaudium perfectum solus ille potest habere, qui predictas omnes beatitudinis
partes valet optinere, sanare quia nulla nemo has habere potest, patet quia
nec gaudium summum habet retinere valet. Sed et ille solus non tristicia pa-
tietur summa, que omnes predicte miserie partes omnino coartant. Verum quia
nullus ex toto potest eas pati, liquet quia nec in summa tristicia habet.

beatum. In speculo aut futuro aut leticia aut tristitia quisque reple
bitur summa. Bonus enim quisque omnino tunc potius gaudebit quia per diversas
omnes beatitudinis partes obtinebit uberrime. Quid igitur beatius isto quo
tunc replebitur iustus gaudio. Adhuc tamen ad cumulum beatitudinis
sue aliud habebit unde magis possit gaudere. Quemlibet enim quisque
sicut se alterum amabit pariter quia sic de illius felicitate ut de sua
gaudebit. Quot igitur et quanta gaudia quisque obtinebit qui de tot
et tantis beatitudinibus sanctorum iubilabit. Quia si tantum de aliis quos
ut se diliget gaudebit, quantum de deo quem super se diliget exultabit.
Gaudium enim erit ei intus et extra, gaudium sursum atque deorsum,
gaudium circum circa atque ubique gaudium plenum. Malus vero econtra
tristitia replebitur summa quia omnes invicem partes quibus nichil lo
se tristius sentiet et inevitabiliter sine fine patietur et de omnibus.

Similitudo inter appetentes honores et pueros sequentes papiliones vel de cupiditate

Sic agunt qui mundi huius appetunt honores, quo pueri qui secun
tur papiliones. Papiliones enim cum volant per aerem
rectum nunquam tenent, sed huc illucque se agitant. Cumque alicubi sedere
videantur, nec ibi diu morantur. Hos autem cum pueri capere volunt, cito
post eos currere satagunt. Et quia non ad suos pedes sed ad papi
liones intendunt, aliquando in foveam cadunt, sepeque inmaniter ledunt. Ple
rumque dum eos vident alicubi resedisse, incedunt suaviter et
caute ut eos non valeant comprehendere. Cum dum faciunt manibus
quas plaudunt et adinvicem leviter dicunt ecce iam eos habemus.
Sed cum eos proprius accedentes apprehendere temptant, papiliones
avolant. Sed qui eos nec apprehenderint exultant de nichilo quasi
magnum quid adepti fuerint. Similiter autem faciunt qui mundi
huius honores appetunt. Honores enim huius mundi nunquam certa via te
nent sed incertis vicissitudinibus de uno ad alium transvolant. Cumque sub ali
quo steterint parumper nec ibi diu possunt remanere. Hos igitur cum stul
ti homines assequi cupiunt, festinant post eos quibuscumque modis
possunt. Et quia non considerant quo eos modo assequantur sed ut quocumque
modo adipiscantur, sepius in graviora crimina dilabuntur quibus animas
suas vehementer ledunt. Aliqui vero cum viderint eos alicubi quasi paratos
sibi esse, accedunt illuc latenter et multum caute ut quasi nullo sci
ente valeant eos obtinere et non tamen cognatum vehementer gaudet
et exultat. Sed cum proprius accesserint, cognitumque posse se iam apprehendere

ptimuerint honores de manibus eorum se excutiunt. et aliqui dicta ad alios a
liquos se transferunt. Et nos si qui adepti fuerint gratulamur quia aliquibus honore
sunt assecuti. cum ad nullum honoris culmen pervenire non possit. si non hos
cum suorum satisfactione commissorum reliquerint. Similitudo inter dominum et aliquem servum

Ita inter deum et homines agitur. quomodo inter dominum aliquem et servos illius quos vulgo
naturales nominant. Si enim dominus naturali servo aliquid iusserit. et servus domino libenter
obedierit. agit servus quod debet et domino placet. Si autem dominum suum preceptum contemp-
serit. gratiam ipsius statim amittit. Et nisi si voluerit recuperare ac deinceps
domino suo fideliter servire. sicut prius debuerat naturaliter fecisse. Si ei dominus tunc
dimiserit. intrat convenus obediet precepto eique fideliter serviet quod dominum in
duxerit. Eo non secundo dominus ei condonat quod deliquit. Et si ita sibi placuerit.
aliquam proprietatem ut inde vivat habere concedit. Verum aliquanto tempore transacto spacio
servus paulatim que iuraverat incipit oblivisci. et ab amore domini sui
tepescit. Et quia ea que dominus iubet. sibi dura videntur. post quedam
per modum plura transgreditur. donec in omnibus pene proprium habeat. Sicque ter-
tius domini sui gratiam perdit. quam prius recuperaverat professione correctionis
Quid igitur amplius faciet. quid aliud promittere potest. Natale enim totum impe-
rium ... voluerit. Est tamen aliud quod adhuc faciendum et ... Libertatem
enim domini sui aliquid retinuit in proprietate. unde patet se ... contra
liare. Postquam igitur se errasse cognoscit. ad dominum suum redit et exorans
humiliter dicit. Domine inquit confiteor mea iniquitate. quia quod tibi naturaliter de-
bueram. quasi per modum iuramento promiseram. totum admea transgressus sum
nesciens. Sed adhuc semel indulge michi si placet quicquid deliqui. et ego tibi
reddam quod michi in proprietate pertinuit libertatem hactenus retinui. ac autem propri-
am et tuo servicio astringam. quam mea ex toto voluntate dimittam. tuam vero
ita in tuo servicio iniquitatem potius faciam. Et ut eam semper valeam implere. ponam me in illorum
subiectione. qui me illa sciant et velint docere. et admonendo corripien-
do castigando faciant custodire. De quibus omnibus tibi faciam iuramen-
tum. si michi indulgeas. quicquid hactenus deliqui. Cui dominus. Et ego inquit ad
dum. si michi indulgeas ... Et ego tibi ... si tu omnia feceris que promittis. Sed hoc sciat.
quod michi indulgeo tibi omnia que petis. si tu omnia feceris que promittis. Sed hoc scias
quia nisi hanc conventionem feceris custodieris. vel si eam etiam in aliquo
violaveris. nisi ad eandem penitendo redieris. Per aliam conventionem me placare
non poteris. Eodem itaque modo inter deum et homines agitur. Deus enim primo
quodam homini precepit. cui si ille obedisset. profecto faceret quod facere de-
buisset. et deo placuisset. Sed quia illius preceptum contempsit. gratiam eius
statim perdidit. Habet igitur si voluerit hoc recuperare sicut deus iubet ...

temeritate. quod andiuinus ibi sum intrasse debet. Sed quia et hic ipsum se
prius transgreditur. relictis omnibus cum propria uoluntate monachus efficitur. Aut
ergo monachus saluabitur. aut aliter dampnabitur. Similitudo inter dyabolum et improbum placitatorem

Uerum sciendum est quod sic placitat dyabolus contra hominem
quo improbus placitator contra alium aliquem. Improbus enim placitator licet non habeat rationem. tamen propter improbitatem suam ueniens ad placitum hoc quod est iniustum iustum et hoc quod est iustum ostendere uult iniustum. Sed cum eum aliquis imperitus audit. et quia non rationem habet eum agnoscit. iudicat esse iniustum quod ille asserebat iustum. et esse iustum quod asserebat iniustum. Sed quia ille conuictus a placito discedit. dolet quod aliquid facere non potuit. Sed aliquanto tempore transacto. postquam hoc iudicium putat obliuioni esse traditum. rursus suam incipit causam. dicens sibi factam iniuriam. Quod si aliquis sibi dixerit hoc esse iam diffinitum. dicit non recte esse iudicatum. Sed ille qui semel iam uicit. non attendit ad ea que dicit. sed tantum dicit. quia quod semel bene diffinitum est. non esse iterum incipiendum. Sic enim sine labore se ab inimico suo se potuit liberare. Similiter autem dyabolus placitat contra hominem. Locus autem placiti huius est cor hominis. Alterum ad huc itaque locum dyabolus uenit ad placitum. licet sciat quod rationem non habeat. tamen ibi asserit uerum esse quod falsum est. et econuerso. Ibi namque dicit cogitatione qua immittit. esse uerum quod homo debeat mundum diligere. diuitias et honores appetere. desideria carnis adimplere. hec et huius similia facere. quod quidem falsum est. Econtraria non predicit esse falsum. quod homo debeat mundum relinquere. diuitias et honores contempnere. desideria carnis abscidere. elemosinis peccata sua redimere. monachatum denique accipere. hec et alia plura facere. quod totum uerum probatur esse. Sed cum aliquis qui inter eos non rectos ipse cogitationes scit discernere. audit dyabolum in corde suo hec dicentem. iudicat iniustum esse cogitatum. quod ille iustum esse dicebat. et esse iustum quod iniustum affirmabat. Et hoc iudicio facto. abicit iniustum et sequitur iustum. contempnens quod seculare accipit monachatum. Sicque dyabolus quietus a corde placito recedit. tristatur tamen quia uincere non potuit. Sed postquam perspexerit dyabolus quia homo oblitus fuerit quod antea sic iudicauerat. putans eum in aliqua parte posse inuenire immutatum. ad eiusdem cordis locum redit. renouatoque placito. quod non recte diffinito conqueritur. Quod si ille perfecto agnouit. quia recte iudicauit. ideo quod seculum esse relinquendum censuit. dyabolus statim non esse rectum uidet. ut eum tam cito uel ita omnino desereret. adhuc posse sibi ipsi remanendo in seculo indulgere. parentibus uel suis ad eum respicientibus subuenire. Sed ille qui semel iudi-

primum quia dyabolum vice superavit. non curat ea que ille fraudulenter dicit. sed
suum propositum tenet. quia quod semel iuste est stabilitum. non esse deinde destru-
endum. Requirere diffinivit relinquendum. non esse iterum appetendum. Hec
enim facile deo subveniente dyabolum potius superare. Similitudo inter deum et

Deus ipse sic in miliciam exercet adversus dyabolum / quemlibet regem
quo rex quidam contra principem quendam inimicum suum. Habet autem
rex hic in regno suo villam admodum amplam. In villa vero castellum quoddam
super castellum autem unum dungionem. In villa vero quedam domus sunt valide
plures invalide. In castello autem firmitas tanta est. ut si quis illuc con-
fugerit. nisi inde redierit. ab aliquo ledi non possit. Tanta vero firmi-
tatis est dungione. ut si quis semel potuerit illuc ascendere. nunquam liberum
ei inde redire. Hec autem omnia ille rex habet in potestate sua. Inimicus vero
eius ita est fortis. ut quidquid extra villam invenit. sine ullo obstaculo compre-
hensum abducit. In ipsam quoque villam sepius intrat. et domos quas
invenit invalidas violat. eosque qui inhabitant captivos cum suis
asportat. Illas vero quas firmas invenit. postquam eas rumpere nequit. ad
extremum intus dimittit. In castellum quoque non potest ascendere. nec illuc
confugientibus quidquam mali facere. nisi redierint ad populum ville. Quod si suorum
amore parentum redierint. quos audiunt occidi. et male tractari. vel
per foramen aut fenestram eorum quos respexerint. tunc eos facile occidere aut
vulnerare potest. Quapropter necesse est eis. ut nunquam ad clamorem parentum
attendant. nec ad bellum revertantur vel respiciant. sed semper ut ceperunt fugi-
ant. donec ad summitatem dungionis perveniant. Postquam enim illuc per-
venerint. erunt omnino securi. Iste rex ille deus est. qui cum dyabolo bellum habet.
Hic in suo regno habet christianismum. in christianismo vero monachatum. super
monachatum vero conversationem tamquam angelorum. In christianismo quidam in virtutibus
sunt validi. plures vero invalidi. In monachatu autem est tanta firmitas. ut
si quis illuc confugiens in monasterio monachus effectus fuerit. nisi inde penitendo redi-
erit. a dyabolo ledi non potest. In angelorum vero conversatione gaudium est securitat
tate. ut quisquis illuc ascenderit. nolit inde unquam redire. Hec autem omnia
idem rex deus habet in potestate sua. Inimicus vero eius dyabolus tante est potestatis.
quod omnes iudeos atque paganos quos extra christianismum reperit. nullo
obsistente rapit. et in infernum demergit. In ipsum quoque christianismum sepius in-
trat. et eos quos debiles invenit. temptando violat. animas quoque eorum in tharta-
tes captivas asportat. Illos vero qui fortes sunt. et bene muniti. post-
quam eos superare nequit. tandem licet invitus dimittit. In monachatum vero

non valet in tempore. Nec sunt qui monachi facti fuerunt quamdiu mali fuerant ut
ad seculum redierint corpore vel vana aliqua parvi affectione. Similitudo de mo-
Attendat nonnunquam qui sic agit qui monachatus est cum potionem medici
acceperit difficultatem. Quod in fine quam grave accepit potionem ple-
rumque enim contingit ut qui aliqua parva infirmitate corporis potionem que-
rat qua ab illa possit infirmitate curari. Cuique medicus dicit ut
illam vel illam potionem accipiat et sic sanari poterit. Emit eam vel gratis
data accipit. Sed cum potio fortis insertam eius venas membra et omnia
penetrat, malos humores contrahit. vires tollit. corpus dissolvit. sic
infirmum perterret. desiderium maximum in eo bibendi accendit. vel dor-
miendi vel foras adventu eundi. Cuique medicus hoc interdicit. comminans quod
moriretur si hoc fecerit. Heu me inquit infirmus. cur hanc potionem accepi.
male enim est. modo experimentis heu eam quanto meo malo illos medicos qui hoc
consilium michi dederunt. Nec mirum quia tanta hic me oportet pati per dixerunt.
Si enim hoc scivissem nunquam potionem accepisse. Sic et per ipse cogitur dum
potione cruciatur. Cum vero mali humores defluere ceperint. totumque corpus
paulatim levigari. gaudet et exultat quia tamen potionem accepit.
per quam ad pristinam sanitatem pervenire se sentit. et homines qui hoc ei
consilium dederunt laudavit. Similiter non nunquam accidit ut aliquis
qui anime sue infirmitatem consideravit medicinam inde spiritualem que-
rit. qua ab illa interiorum suorum infirmitate mederi valeat. Cuique aliquis
spiritualis homo dicit quod per monachatum possit salvari. Dat quicquid
habet ut habitum monasticum suscipiat vel si ei gratis aliquando conceditur
suscipit. Sed eum ordinis difficultas cogit eum vigilare cum vellet dor-
mire. vel esurire cum vellet edere. sitire cum vellet bibere. tacere cum vellet
loqui. legere vel cantare cum vellet quiescere. sedere cum vellet stare vel am-
bulare. et stare cum vellet sedere. et variis mutatis sustinere. propriam volun-
tatem ex toto deserere. Heu me miserum inquit hunc habitum quare accepi.
Antea male agebam. sed modo peius ago. quia tot et tanta que michi
iubentur adimplere non possum. et vix nisi invitus aliquid boni perficere valeo.
Quid igitur. vere in veritate vacuum quod huius credidi qui hoc michi consuluerunt.
Putabam quod omnes sancti homines essent ipsi. Hec et huius similia nonnunquam
dicit. Dum ordo inspirans inde gravius et postea sentit. Et tamen consi-
derat quod si unanimiter patiendo sit omnia sua posse aboleri pecca-
ta et sanitatem anime citius recuperare. totum quod antea grave videbatur
paulatim leve efficitur. Et qui iam vel mali habitus lectum incipit dicere.

grates agit quod monachatum suscipere meruit. et omnes qui tale sibi consilium [dederunt …]

Et quia de conversis *Contencio inter conversos et minutos* dedimus similitudinem atque minutis congregationis monachorum ordo. dicendum est quod solet esse contencio inter minutos monachos atque conversos. Attendunt enim minuti se nulla crimina commisisse nec in seculi sordibus conversasse. sed quia nimirum ab infantia vitam duxerunt et iudici sancto semper laborarunt. illos vero e contrario vixisse considerant. et ideo multo inferiores esse iudicant. Atque econverso conversi. quia scilicet exteriorum sunt. res monasterii sapienter tractant. multis ipsis vicia minuerunt. ordinemque suum ferventius plerumque custodiunt. illos vero parum in spiritualibus valere considerant. ideo se meliores illis estimant. Sicque aliis alii se preferunt dum non sua sed aliorum infirmitatem attendunt. Sed si vere monachi essent. sic esset inter eos quomodo inter angelos in celis et homines sanctos. Angeli vero sunt quasi minuti. sunt vero quasi conversi. Sed nec angeli sanctos despiciunt quia temptacionibus aliquando victi sunt. nec sancti angelos quia nulla qua vincerent passi sunt temptacione. Si enim michael diceret petro. tu dominum negasti. posset petrus re-
nota spondere. Verum est quidem quod tu dicis. sed tu pro domino numquam vel unum colaphum sustinuisti. Ex omni non faciunt. sed ita existunt concordes. ac si omnes essent angeli vel homines. Sic igitur isti sint ac si minuti sint omnes aut conversi.

Sic est inter congregationes monachorum *Similitudo inter monachos et angelos* minutis et congregationem angelorum in celis. quod inter eos qui adhuc extrinsecus sunt in cella noviciorum. et illos qui iam sunt intus in congregatione monachorum. qui ut prevaleret in omnibus se perfecte custodiunt. Hos enim abbas per semetipsum iam omnia docuit que vult eos observare. illis vero ingressis existentibus preponit qui eos doceat que debeant custodire. Isti iam probati sunt in omni humilitate et obediencia et paciencia et observacione omnium que ordo exposcit. illi vero adhuc probandi sunt. utrum velint esse humiles obedientes pacientes. et observare omnia que ordo requirit. Unumquemque igitur illorum is qui eius magister deputatus est probat. et arguendo. increpando. plerumque etiam flagellando temptat. an aptus ad suscipiendum in congregatione aliorum existat. Que si indelecta tota patienter sustinere. et aliorum consorcio per omnia dignum esse. venit ad abbatem. denuncians ei coram omni congregatione. Domne inquit novicius iste quem michi commendasti pater sancte se habet omnibus modis quod iam est dignus inter nos esse si iubetis. Ex omnibus audit omnibus abbas eum recipit cum consilio suorum. Qui adhuc dimittit ad exemplum aliorum

novitiorum. Sic itaque de isto novitio condigne agitur, qui suorum dei consortio
iam dignus habetur. Illum autem novitium quem nigri simul viderant
inobedientem, impatientem, superbum, susceptione indignum, postquam enim
diu toleraverant multisque modis emendare temptaverant, tandem si nihil pro-
ficere possunt, veniunt ad abbatem et talia ei referunt: Domine, magister novitiorum ille
quem habebam in custodia, non enim dotem quo possit esse dignus con-
versatione nostra. Ita se prae se fert moribus quae agit, ut nec inter alios
novitios sit dignus conversari. Unde itaque nos quaerimus quid potius
de eo faciendum sit. Ad haec ille ridens magis hortatur ut eum adhuc omnibus
modis emendare conentur, dicens: ac ne illum inter reliquos tolera-
re, quam ad saeculum vestri dimittere. Sic itaque novitius iste nec in congregationem
recipitur nec a cella novitiorum expellitur. Similiter est per omnia considerandum
inter deum et angelos et monachos, quod inter abbatem et nigros atque novitios.

Videndum est sic esse inter deum Similitudo inter deum et quoslibet imperatorem
et angelos et homines, quod inter imperatorem tironum et suos obsequentes.
Tria quippe sunt genera hominum qui tirono imperatori serviunt. Alii enim ser-
viunt propter res quas habent, nihil aliud quaerentes nisi quod tenent. Ali-
quas recuperare volunt, quas eorum parentes aliqua sua culpa perdide-
runt. Alii vero pro solidatis tantum. Illos itaque honestius tractat dominus,
qui nihil umquam deliquerunt, nec aliud quam quod habent quaerunt, hii radicati sunt
et fundati, nec eiecti formidant. Domini scilicet voluntatem domini sui conservant. Illos
vero quorum predecessores peccaverunt, quique priorum hereditatem sunt, aliquamdiu milites
tenet, modisque diversis temptat, videlicet corrigiando, comminando, quedam
gravia iubendo, quosque etiam flagellando. Qui si haec omnia humiliter sustinuerint,
dominique sui misericordiam patienter expectaverint, tandem eis dominus hereditatem patrum
suorum reddit. Si vero noluerint haec tolerare, nec suam valent hereditatem re-
cuperare, nec aliud vult eis dominus dare. Illi autem qui nihil aliud quaerunt quam
solidatas, et ut bene pascantur, tamdiu imperatori obsequuntur, quamdiu eis haec
largitur. Unde si eis habundanter donaverit, laudant eum et dicunt quia nec domino
tali similem, et quamdiu talia sibi sumptibus constant. Si vero haec illis dare destiterit,
statim recedunt ipso vituperato, et incipiunt servire priori inimico. Talia haec
igitur sunt genera hominum aliter tirono imperatori militantium. Similiter autem
tria sunt genera eorum qui supremo regi deserviunt. Primum vero genus sunt angeli,
qui eterna beatitudine stabiles sibi sine omni intermissione sunt fruentes.
Aliud vero homines boni, qui in quantum possunt sue voluntati obediunt, sicque
ad regnum celorum in primis suis ade culpa perditum hereditario iure perveniunt

contendunt Tam aut hij sunt qui tantu ꝑ rebus sumunt comod' q̄ mi
lites stipendiarij Sit igr̄ ꝓ omnia ē considerandu int deu ⁊ h'ta gr̄a
quo int illa tria sup̄ dicta ⁊ ꝑatore sum Qr mon̄stio ꝑst bonu qd
Contingit aliqn quepia sic habundate malis ī mutus facit
homoribz ut nisi secet' alit sanari no pt. Ut igr̄ ab eis ex toto possit
mundari sponte sua prius fecit se ligari. rogans eos qui sunt eu sec
turi. ut no eum dimittant q'cq'd ipe dicat. Don' ꝑ se secuerint eum
igit' prudentie pungi incipit ⁊ vehementer clamat ⁊ dicit se prius nichil
mali h'r̄e. comatqz eos nisi eum dimiserint occide'e Qz illi qui eum
h' dare ppt dolorem sciunt. no ūba illius attendunt. sz ut ceperant pru
dentie ꝑse abscidunt Cu aut ad plenu mundatus fuerit habunt
eisde quibz antea minaba' gras agit. q' no eum ad uolūtate sua
dimiserint Eo modo igr̄ Nunquam no so p'de sibi sectio. quia ea tolerauit
inuitus. cum ad eam tolerandam se fecit ligari spontaneus p'dest re
uera. quia pctam abscisa e infirmitas et reparata sanitas Similit'
aut plerūqz contingit. ut aliquis redeuntibz mentis ⁊ intelligat quod
alit saluari no ualeat. nisi se sub districtionis penitentie fuerit reseca
ta Ut igr̄ inde ꝑfecte purgari queat. aliquid ī mon̄stio sponte se alli
gat. ꝓfessione etiam faciens. ibi stabilitate morūqz suorum conuersione
ꝓmittit. seqz intra mon̄sterii claustr' eo tenore recludit ut medici spi
rituales uidelicz sui pastores. q'cumq' corrige debent. q'cq'd ipe postea
dicat eu no dimittant. sz eius uitia resecent ⁊ emendent At plerumqz
cum eum ceperint ad meliora stimulare. ⁊ eius uitia corripiendo re
secare. recalcitrat atqz irascitur. dicens se no ee culpabile unde rep
hendi' ꝑ eos q' qui eu arguunt. aliqn etiam ꝑ inic' mina' h' no q'
eum h' ꝑ se ppt ordinis districtione cognoscunt. no eu so dimit
tunt. sz ab eo districte stultitia ut prualet. iūc h' inic' illo modo
abscidunt Cu uero fuit emendatus amicis ⁊ mitior fcūs. ad se
reuersus eisde gras reddit quibz irascebatur. q' eu reprehensu corrigere
runt Eo modo igitur Nunquam non sibi p'derit illa tanta districtio.
q' eam infirmitate carnis inuitus sustinuit. cu ad ea sufferenda
sponte sua in mon̄stio se alligauit. p'derit utiqz. q' a pctam liberatum
ab omni infirmitate mentis. ⁊ redit ad ueram sanitatem uerum Sz dice
ret aliquis Inmelius eet ut deo sine ꝓfessione s'ūret spontaneus q̄
in mon̄stio se ꝓfessione alligans sunc cogeret inuitus Qr magna
Huic aut respondendum. q' tanta sit spes mon̄achi professi.

distantia est inter illum qui non vult facere deo promissionem serviendi sibi
et eum qui eam libenter facit. Quanta inter homines duos qui ambo ex de-
bito debent servire domino uni. Sed unus eorum accedit ad dominum et dicit: Do-
mine tibi ex toto corde servire volo, sed me esse tibi fidelem promittere nolo,
quia si tibi hoc promitto et postea tibi peccare quamvis deliquero tanto maiori
vindicta dignus existerem. Et ideo aut melius potero servire tibi. Sed si quando
peccavero tibi, iudica me ut illum qui se tibi fidelem numquam promisit. Al-
ter vero venit et dicit: Domine ex toto corde meo te diligo, tibique fidelitatem
et subiectionem promitto, ut si aliquid fecero contra preceptum tuum, non me
iudices ut alienum, sed emendes ut proprium servum. Hii itaque taliter differencie
ut ambo idem peccatum postea faciant, ac deinde penitentes postea ad
maiestatem domini sui veniant. Dicit itaque dominus illi qui sibi fidelitatem promittere
noluit: Quare hoc fecisti? At ille: Domine, inquit, confiteor quod deliqui, sed non
me tamen in non esse delictum promisi. Sed ille: Ideo, inquit, noluisti mi-
chi fidelitatem promittere ut posses contra me liberius peccare. Ergo et ego
contra te non ut erga meum, sed ut erga alienum agam, totumque quod est
mei iuris usque ad ultimum quadrantem exigam. Hoc itaque iudicato convertitur
ad alium et dicit: Et tu serve qui mihi fidelitatem promiseras et ideo tibi magis
omnimodo cavere debueras, quare hoc fecisti? At ille: Domine, ait, confiteor reum
me deliquisse tibique fidelitatem promisisse, sed postquam me penituit quia
deliqui, debeo ego peius pati quam ille qui fidelitatem numquam deliquissem
promisi, quam ille qui habet et non vult promittere etiam postquam peccaverit. Ideo enim ipse
me volui esse tuum, ut si quando peccarem, non me iudicares ut alienum,
sed emendares ut proprium. Ait dominus: Ita est, inquit, ut dicis. Tu ergo nolite
de te vindictam accipiam ut de meo. Sic autem et deus inter professum monachum
et nolentem profiteri iudicat. Si eos contra eum peccasse [illegible] peniteat,
non solum autem professum minus iudicat non professo, sed et quolibet laico adhuc
in seculo constituto. Licet enim uterque idem peccatum committat, si tamen toto ex corde
monachus deliquisse peniteat, eumque tamen se subdidit ordinem servet, a-
more custodiat, maiorem quam laicus misericordiam consequitur, quantumlibet ille pe-
niteat secularibus adhuc detentus. Qui non penitere noluerit, maiori quam lay-
cus dampnationi subiacebit. *Similitudo inter monachum professum et laycum*

Quod inter ipsos a simili videamus, homines duos unius domini servos
intueamur. Ambo itaque a domino illo possessiones proprias obtinent, sibi in
remuneratione promisso quod ei fideles existant. Unus tamen eorum tali conditione
faciat, quod si quid tamen quicquam deliquerit de proprio suo prius fuit ipsum emendet

alter vero adeo dominum diligat ut nichil proprium retineat. sed omnibus ei dimissis
familiarius sibi malit servire. Hic etiam pactum faciat cum eo. quod si aliquando
aliquid contra eum committat. de seipso non ut de re aliena sed ut de proprio quam
voluerit vindictam sumat. Huius igitur actus culpa si eandem committat
uterque. ac deinde penitentia ducti velint emendare. sed iste de proprio quod nunc ad
hunc totum vult dare pro plenius culpe satisfactione et se totum de seipso. quem
admodum totum prius dominum suum mancipaverat pro tali. Videatur domino
qui istum tantum facere noluit vel postquam sibi peccavit. quantum iste prius quam reum de
liquerit fecit. Dicere non inquam maiorem velle inde facere vindictam a tanto illo
videtur minus velle agere. quem operibus comprobabat se minus di
lexisse. Et si hunc alterum velit durius arguere. sic inquiens male. tu
quanto eras michi familiarior. tanto es culpabilior. poterit iste sibi
respondere. Domine inquiens verum est quod dicis. sed quidem penitere nolui. at postquam
toto ex corde penitendo. meque ipsum in emendationem trado. Nichil namque
preterea illo debeo pati. quam nunc illud quod habet tibi totum vult dare pro satisfactio
ne sui commissi. Iniustum preterea videtur. ut quia te magis dilexi maiorem de
beam vindictam consequi. ymmo eo minorem michi facere debes vindictam. quo
nullam maiorem tibi possum facere satisfactionem. Et aliud dominus diceret. quod
quod veritas habet. Hunc igitur minus indicat. ut extra te proprium. illum non severius
ut minus sibi privatum. Sic igitur et deus relevius indulget monacho qui
se ei totum committit. quam laico dare noleti vel saltem plus quam commisit

Est enim rursus assimilari potest videlicet / Similitudo inter arborem et monachum
acceptabilius esse deo bonum opus monachi. quam hominis secularis. Sicut
solet quippe accidere duos esse homines sub uno domino. singu
los habentes arbores in proprio solo. Arbores autem iste bonum fructum ferunt
utrique. Verum illi quia dominum inequaliter diligunt. et ei fructum earum in
pariter faciunt. Verum non eorum quia eum minus diligit. cum arboris sue fruc
tus maturus fuit colligit. fertque inde domino suo quantum sibi visum fuit.
Adeo autem alius dominum diligit. ut ad eum veniens arborem ei ipsam
offerat. Domine inquiens habeo arborem quandam bonam. valde bonum fructum
tum ferentem. que quia vere congruit dignitati. malo eam esse vestram
quam meam. Eam igitur offero vobis. ut omni anno vobis fructificet soli. Preterea vero
assignabo proposito ut extra fructum colligat. Inde vobis preterea nos
velle noverit diligenter conservat. Et ego quanta diligentia potero eam
de vestre utilitati custodire curabo. Cuius igitur horum oblatum domino videtur
magis esse acceptum. Nullus qui quantumcumque noluit. dicit ei de fructu

ipse arboris. Immo magis illius qui arborem totam dat ei cum fructu. Sic
igitur et sanctimonialis monachus deo est magis acceptus quam homo secularis. Ipsi
enim sunt homines dei, qui sub deo velud arbores quasdam habent
ipsique utique sunt apti ad reddendum fructum boni operis. At quia non eode
modo diligunt deum, nec ei pariter bonum operando deserviunt. Secularis enim quia
eum minus diligit, tunc tantum cum bene operandi animum habuerit, boni
operis offert deo fructum quantum voluerit. Monachus vero eum diligit in tantum
ut accedens totum ei offerat seipsum factus ac velut alloquens sic eum
Domine inquit mee hactenus potestatis eram, et quia inde licebat bonum ma
lumve faciebam. Verum quia tuus omnino debeo esse, tibique soli bona tantum
opera fructificare, totum me tue potestati trado, ut a modo tibi fructificem
soli. Et ut melius facere valeam, iuxta me exercitare tue potestatis subdam,
qui me custodiet, et tantum opera doceat facere, que te noverit magis placere.
Et ego pro modulo meipsum custodire studebo. Cuius igitur munus deo est
acceptabilius? An illius qui sibi offert quedam ex operibus suis, plura
non subtrahit? Immo illius magis qui dat ei seipsum cum operibus suis.
Nec ideo propria penam incurrit, quia sepe bonum opus cogitur agere. Sicut enim
is qui arborem totam contulit proposito suo domino, ut ex ea fructum colli
geret, ex quo et domino suo prius eam vellet non posset deservire, nec unquam proprium
perdit meritum, si ille colligat fructum prius quam maturescat, aut in arbore
dimittat eum donec putrescat. Sic monachus qui se totum commisit pla
to ut eum custodiret, eique tantum ab eo opera agenda exigeret, que deo
potius placere nosset. Sic nunquam propriam non perdit mercedem, si quid operis
boni agere cogitur antequam velit, vel eum prohibeatur cum agere velit, donec
ipsam amittat voluntatem agendi. Non igitur omittere debet quidquid ei bo
num prelatus preceperit, vel presumere ut agat aliquid huiusmodi cum prohibeatur.
Sit enim illius providere quid precipiat, quid ne prohibeat. Huius vero precipi
enti in bono parere. Similitudo inter matronam et divinam voluntatem

Accidit aliquando matronam aliquam filias cum ancillis suis magistre
commendare ut eas opera muliebria congrua doceat. Illis vero preci
pit ut ei tantum obediant, quodque sibi faciendum iniunxerit expedire
adimpleant. Hic itaque disposito magistra eas in unum congregat, iniungit
utique quid agere debeant, et ne foras egrediantur observat. Omnibus itaque pariter
magisterio astrictis, bone quidem filie penitus sibi obtemperant, sed nec abeun
di foras licentiam querere curant. Ancille quoque simile faciunt, excepto instabi
liores existunt. Quia enim tedet eas diutius in custodia esse, licentiam

foras eundi querunt quoque. quam si obtinere non valent non inde tristantur
vel murmurant tantum dicunt. quia datam libenter accipiunt. Et si cibo
cessa fuit egrediuntur que eis iussum fuit. cessantque interim ab operibus suis.

De ancilla latrone

Inter eas autem est latro quedam preceptis magistre inobedientie volens
sibi igitur quia custodia ei tedio semper existit licentiam exeundi sepius querit.
et tamen que rationabiles videantur adinvenit. quam si obtinere non potest con-
tristatur et dolet vehementer. Siveque ingredi si aliquid dimiserit incidit. Et si non cepta
tempora non fuit. ei occulte detrahit. quoque faciebat opus intermittit. Et
si operari iussa fuit. pretendit protinus quod sit infirma. Ac si quando se sola inde-
rit. protinus exiliens ostium petit. huc illucque circumspicit. vadit ibi vel ibi
rit. protinus exilit ostium petit. huc illucque circumspicit. mandat illi vel illi
licentia querere secum loquendi. Et si in hoc fuit reperta atque correpta statim
resilit in hostem. verba crudeliter inquirit fieri. quod sic debeat corripi. Omne minima
iussa sibi agere. et inferunt in contumelie. Sed iam pudet aperte videri.
quod iniuste contra me agatur. Itaque residet mesta. dolens quod ita sit reprehensa.
At postquam admodum dolor ille recedit. maturitate quadam pretendit.
Cumque estimat quod ab aliis reputetur matura. licentia iterum querere temptat.
quam si habere nequiverit protinus subdit. Et vultus est inquirit quod bonum agit.
quam si habere nequiverit protinus subditur. Et vultus est inquirit quod bonum agit.
cum eque tenentur boni et mali. Et si licentiam habere potest. foras confestim
egreditur. et huc illucque vagatur. iuvenum consortia expetit. multa non
agenda committit. Sit ergo ista similitudine potest colligi. tria sunt genera
voluntatis insubditum. De obedientia licentia et inobedientia

Horum autem primum obedientia. secundum licentia. tertium dici potest inobedientia
Sed non genera omnia inveniri possunt in monachis. quos materia quedam
magistre eius commendamus. id est voluntas divina voluntati cor simpositum.
Licentia igitur multos decipit. obedientia non et inobedientia contraria sunt.
Licentia igitur que obedientia constringit claustrum non egredi-
entem media licentia est. Illic ergo que obedientia constringit claustrum non egredi-
volt tamen exire. regularique dispositione libenter deteneatur. quamvis nolit sine
licentia id presumere. audito actu suum licentia qua penaliter consueverat deprehendere.
potius perfecto licet. exilla illicita voluntate. Non enim postquam mortuus mundo
claustri subiit. ad mundi negotia redire vel voluntate uti licet. Deliberant
velle tamen sunt. non nisi permissionis facto implere volunt. Obedientia igitur quia
in hoc amplexus est. ipsum suum excusabit. sed velle quod contra obedientiam sunt.
periculosum erit illi nisi peniteat. Et non nisi nimis attendentes. licen-
tia quod perimplenda voluntate sua expetunt sepe fallunt. Sit ergo breviter.
locis et iustitie. subiecta obedientia vincentes sunt in more regales filie.
ancillarum non nomine. licentie adherentes accipe. Inobedientia vero

que dicitur latro. rebelliones designantur in ordine nostro Similitudo i
Rursus assimilari possumus denario. inde est ter monachum et denarium
Sicut in perfecto monacho debent esse tria. vnicuique bono insunt denario.
que cuique perfecto debent inesse monacho. Denarius quippe bonus. puro
ex ere. recto pondere. monetaque legitima debet constare. Que cum aut ex
hiis desunt. venalis esse non poterit. vt igitur venalis valeat esse. hec tria prius
debet habere. Hec quoque debet habere et monachus. ut vere monachus esse reputetur.
Cuius quidem metalli puritas. puritas est eius obediencia. Nulla enim inobediencie
impuritas. sed sola in eo debet esse obediencia. Rectum vero illius pondus stabili-
tas professionis eius est. Non enim levitate exsufflari debet ab eo quod cepit. sed usque
in finem perseverare stabilis. Illius autem moneta habitus est monachalis atque
tonsura. ante etcetera et hiis similia. Sicut enim denarius a moneta dominorum
nostre cuius sit regionis. sic aliquis monachus cuius sit ordinis. Est autem
monachus qui adeo est senex. ut ante et retro iam nequeat inclinari. de-
nario illi est similis. cuius moneta temporis antiquitate deleta est. Iste vero
qui habitum monachalem non adhuc suscepit per vitam. et ideo nomen non habet
monachi. assimilatur nummo ponderoso. monetam tamen non habenti. et ideo non est
venalis. Verumtamen sicut quem thesaurum congregare desiderat. huiusmodi nummum ita ut
habente monetam amat. sic deus qui thesauro celesti nos omnes reponere
cupit. huiusmodi hominem excipit ut habitum habente monachi. ibi ita reponit.
Cui autem inest habitum monachale quidem habere. sed ex ere puro id est obedi-
ente esse. hunc thesauro celesti nunquam reponit. sicut nullus denarium
falsum. licet apte monetatum suo thesauro ponere curat. Cui non inest
obediencie esse. et si aliquem fragilitate peccet humana. non hunc tamen repellit. si-
ne peniteat. Verum enim a valido denarius falsus. sic a perfecto distat imper-
fectus monachus. Invalidus quippe denarius minus habet ponderis quam debet.
sed illud quod habet puro ex ere constat. falsus non eandem quam bonus monetam preten-
dit. sed intus habet falsitatis eris. Hic falsus monachus eandem quam perfectus mo-
nachus habitum habet. sed inobediencie falsitas intus latet. Debilis vero sed obe-
diens habet non tantum quin cadat quoque habet stabilitatis. obediencie tamen
retinet puritatem. Mox enim penitet cum quam deliquit. quoque ei perpetra-
pura obediencia facit. Iste non ut denarius falsus a celesti thesauro
repellitur. Sed non pro sui modulo vigoris ibi reponitur. Nichil igitur cuiquam
prodest habitum monachi exteriorem habere. si non studuerit et interiorem retinere. Duo
quippe sunt ordinis genera. vnum religiosa conversatione exterius
quo religiosus videtur. aliud vero intus quo religiosus habetur. Et illud quidem

extrinsecus facticius. hic vero intrinsecus naturalis est ordinis. et facticius quippe ordo
facticie sunt consuetudines. ut in ordine monachorum reperiuntur plures. Has
enim homines adinvenerunt. quibusdam de causis rationabilibus. et ecclesiasticam
dicas instituerunt. naturalis vero ordinis naturales sunt virtutes. ut humilitas
caritas et alie plures. Has enim deus naturaliter indidit homini. et sine eis salu
tis summam mancipavit. Ille itaque facticius ordo sine isto nichil homi
ni prodest. iste vero sine illo etiam salvare hominem potest. Sed tamen summe valeat iste.
valde est sibi necessarius ille. Similitudo inter corrigiam et subtolare ordinem facticium
Sicut inter corrigiam et subtolare. quod inter ordinem facticium et naturalem et naturalem
Corrigia namque sola colligata pedi. nullo est munimento sibi. ymo ma
gis inconveniens esse videtur. si sibi sola colligetur. Subtolare vero etiam solum
pedem munit. satisque decenter convenit ei. ne tamen cadat vel tortus fiat.
necessaria est sibi corrigia ut ligetur circa. Sic et per se facticius ordo nichil salu
prodest. sed magis dedecorat. naturalis vero sine illo et prodest et decorat. ut tamen iste
firmius teneatur. ille necessarius sibi habetur. Hinc quippe est. ut qui reli
gione intrinsecus summam deserit. habitu monachali extrinsecus alligatur. cum quod
extrinsecus demonstrat. semper enim id esse arguatur. Et si postea noluerit hoc esse.
magis dedecet eum habitus ipse. Si enim ubi gerit monachus superbus sunt.
qui habitu exteriori humilitatem pretendunt. multo inconveniencius esse videtur.
quam si careret humilitatis habitu. Decet igitur ut quod ostendit extrinsecus. studeat habere et
intrinsecus. nichil enim penitus habet extrinsecus in habitu vel professione sine consuetu
dine. quod eum commoneat aliquid intrinsecus habere. De vestibus monachi
Quod enim nigras induens fert vestes. ut se mundo reputet peccatorem et
commonet. Cum vero eisdem accipiatur usque ad plantam pedis tegitur. hoc facere
a principio vite usque ad finem hortatur. Hec est enim talaris tunica et polimita.
quam filio suo Joseph fecisse legitur Jacob patriarcha. Et aut cede sunt
in modum crucis. semper enim hec commonet memoria dominice passionis.
Corona de vinculis capillorumque tonsura est. De corona monachi
sacerdote debere esse et rege demonstrat. Sacerdotes quippe in lege mitram te
gebant caput. ad similitudinem cuius et hinc caput raditur. reges autem coronis
utuntur. ad cuius similitudinem hi capilli tondentur. hi itaque cohortantur eum. ut sacer
dotis et regis gerat officium. De spirituali sacrificio monachi
Officium sacerdotis erat in lege. quibus diversis pecora mactare. hic igitur spiritualiter
officium debet esse. leonem ire et crudelitatis. lupum rapacitatis. taurum feritatis
vulpem astucie. hircum incontinencie. glirem sompnolencie. equum et mulum lu
xurie. asinum pigricie. aliaque bestialia vicia occidere. Regis autem officium

est regere regnum. hostes inde pellere. ne in ipso in instabilitate iniuria faciat p
videre. malis deprimere bonos exaltare. Hoc itaque debet esse officium monachi.
ut sicut miles regnum regit et corporis. Sicut enim debet omnia expellere vitia
providere ne malus appetitus bono resistat. sed ut bonus malum sibi semper
subiciat. Quod postmodo exterius ordinat in habitu vel consuetudine. vel etiam
in ipsa professione studeat et interius habere. alioquin nil sibi corona sive
tonsura prodest. velut de habitus monachalis. At sunt plerique. qui [illegible]
ordini imputant. quod valere non sinat. Dicunt enim bono animo se pati non
posse. quod eis imponuntur consuetudines tales. Contenerunt etiam quod in seculo
meliores fuerint. postque monachatus deteriores effecti sunt. quemque his dicit.
denario falso est similis. Similitudo inter monachum et denarium.

Falsus quippe denarius. bonus plerique videtur esse. At si igne fuerit
immissus. protinus falsus esse probatur. Sicque plerique male morigeratus homo
de bonis moribus videtur esse in seculo. verum si rigorem arripuit alicuius instituti
monachatus. cuiusque postmodum exigentibus fuit regularibus interceptus.
tus. protinus probatur non esse quod videbatur. Cum enim humilis videbatur et patiens. mox
superbus invenitur et impatiens. Quod si hoc imputavit ordini. tale est ac
si denarius dicat igni. Tu me falsum fecisti. Non autem eum falsum fecit. sed quod
erat ostendit. Hoc denique istum non ordo male morigeratum efficit. sed ipse iam
hoc erat declaravit. Non igitur ordine. sed semper accusetur. moresque pravos et bo
nos commutet. nisi enim bonis esse moribus videatur. bona signa exterius agit.

Duo quippe sunt virtutum genera. De interiori virtute et exteriori. In propriis dicuntur.
quae inter se sic differunt. ut corpus et anima. Unum non interius et in
sibile. aliud non est exterius et visibile. Interius namque est caritas humilitas
patientia benignitas. ceteraque similia. exterius vero. ieiunare elemosinas
dare. in orationibus vigilare. laborare. aliaque huiusmodi. At sicut corpus sine
anima. non diu subsistere valet. anima vero sine corpore potest. sic exterius genus
sine interiori non diu subsistit. cum hoc faciat interius sine exteriori. Dum
enim caritatem habet quis potest etiam si non ieiunet. cum diu pro dolore ieiunare
non possit. si eum non amet. Ut enim plerique spiritus malignus corpus assumit.
illudque vegetando subsistere facit. sic et ignis gloriae cor hominis intrat.
illudque genus virtutum exterius simulat. Quod enim caritas ieiunare facit. sic
et inanis gloria facit. Ac sicut corpus exanimatum cito fetet atque corrumpitur. sic ex
terius genus sine interiori despicitur. Cum enim quispiam ieiunio gaudet interius
sed [illegible] facile videtur. si de ieiunio laudetur a [illegible]. Tunc festim videtur ab
alto cuius [illegible] de illius ieiunio. qui se inflatur per tumultus [...]

Si autem frequentius indignatur. sed humilis et patiens esse videtur. signum non
est nam ab aliquo reprehenditur. illico ab alto ruit. Benenticus ut ma
gister premittit. qui adeo patiens est et benignus. Similitudo de [illegible] ortulani

Sciendum quod ad virtutes tendenti quod agere debeat more ortulani
Ortulanus quippe qui appetit plantare herbas primus terram
ut eas plantet considerat. nisi enim terra et terra non convenient. cessare vel
fructificare inutilitatem poterit. Sic qui virtutes plantare nititur quo in
loco suum plantet eas sibi est providendum. Si enim locus fuit vitiosus. et
ipse virtutes in vitia redigentur. De edificatione domus

Rursus sic enim agere debet. velud qui domum edificare debet. et cum
edificium vult facere stabile. soliditatem primus considerat terre. quo
sed fundamentum firmum supponere. parietem erigere. tectumque superponere. tan
tum scilicet possit in firmitate. Sic qui virtutum vult facere edificium quo spiritualiter
inhabitet ab insidiis demonum. quo in loco suum construat illud sibi est
providendum. Si enim locus non fuit firmus. nec edificium diu subsistere
poterit. Hec itaque solum vel tria bona et humilitas. cum ceteris virtutibus
congruit valde. castus velud firmum fundamentum superstat. De more humilitatis

Non est multum elevata superbia. sicut et septem gradibus eius
quidam putant. sed demissa et vallis maxima. bestiis vitiorum ple
na. et caligine tenebrarum densissima. Nam quanto quis amplius super
bia se voluerit. tanto luce veritatis minus intuetur. Nec clare lumen aperti insto
quod diu intenebratur et in cecitate cordis sui iacet discernere superbus potest.
sed que sunt distorta eque recta. ut recta unum fit veri valle ista tene
brosa vitiorum sit copia. quia bestiarum crudelium multitudo magna ibi
leones crudelitatis et vulpes calliditatis. serpentes quoque venenose et invidie.
rane garrulitatis et nativitatis. Cetera etiam vitiorum animalia ibi solent
habundare. Et nec quanto plus alicui familiares fuerint. tanto minus quod
sint crudeles videntur. Consuetudo enim mitis est. ut non facile videatur
abusio qui eo premitur. sed mox ut cessaverit. et ab eo se alienaverit. tunc de
num considerat. in quanta feditate et miseria iacuerat. et quam graves morsus
malarum bestiarum toleraverat. Humilitas autem vallis magnus est. Cuius sum
mitas lux et non modica. et honestas personarum. id est statuum virtutum pul
cherrima turba. Et quicunque ad istius preeminentiam desiderat. necesse est ut per gra
dus quosdam ascendat. si hunc cognoscere more et humilitatis affectat.

Primus itaque gradus in more humilitatis est. Primus gradus humilitatis
cognitio sui humilitatis unusquisque debet habere. ut se inferiorem omnibus

iudicet esse imitantes apostolum qui se omnium peccatorum comparatione dicit esse mini-
mum. Nam si esset aliquis talis homo qui ita peccasset ut dominus eius
sibi iusto iudicio pedes et manus amputare, oculos eruere et totum
diffamare posset, nec tamen faceret, sed ex sua misericordia illum tolleraret, vehemen-
ter se dominum suum debitorem cognoscere deberet, et eo magis humiliari quo se
minus meruisse perpenderet a domino se tollerari. Nos igitur domino nostro
in multis offendimus omnes, et multum deliquimus, ut nos ex vindicta iu-
sticie sue merito possit diffamare, aut iugi langwore in presenti
affligere et penis postmodum eternis tradere. Ex quo idem peccatum omnem creaturam
Ex qua offensione non solum iram dei provocamus, ad vindictam excitat
sed etiam totam creaturam adversum nos excitamus. Etenim si famulus cuius-
dam a domino suo recederet et domini sui inimico adhereret, non solum ipsum do-
minum exacerbaret, sed etiam eius totam familiam iustissime irritaret.
Cum igitur dominum creatorem cunctorum offenderimus, adversum nos omnem
creaturam que eum spectat ad iniuriam suam in iram commovimus. Potest igitur nos
iusta consideratione terra dicere: Non debeo vos sustinere, sed potius ab-
sorbere, qui creatorem meum non timuistis peccando recedere et inimico eius
dyabolo sed adherere. Potest etiam cibus et potus dicere: Non meruistis
ut vos pascere debeamus, ymmo potius ut vos suffocare et necare vobis
properemus, ab illo enim peccando recessistis per quem nos creati sumus. Sol quoque
potest dicere: Vobis ad salutem non debeo lucere, sed ad vindictam domini mei, qui
lux lucis et fons luminis perempniter coheret. Sic etiam singula queque creata
creata contra nos possunt surgere irrefragabili racione. Unde expe-
dit nobis humiliari, ne diu dilata vindicta tanto acrius adveniendo
mala nostra puniat, quanto diutius tolleravit quod punire potuit. Ut igitur
humiliemur, quid sumus, qui nati sumus, vel quid fecimus, mente pertractemus,
et nos miseros peccatores multoque supplicio dignissimos fore cognoscemus.
Cum se igitur tale iudicat, iam in primo gradu humilitatis stat. Secundus gradus
Secundus gradus est dolor. Nam sunt nonnulli qui se peccatores esse fatentur,
sed nullum inde dolorem habere dinoscuntur. Quibus necesse est ut doleant,
si veniam habere desiderant. Scientia non valet ad salutem ut se cognoscat quis
peccatorem, nisi inde habeat dolorem. Nam si domino suo aliquis peccaret et inde
dolorem non haberet, quia putaret de eo dominus eius faceret quod ei offensam
possit dimittere, quando diu cum per offensionem suam nequaquam sentit dolorem
habere, ridiculum potius quam aliud videtur si veniam peteret, dum habet unde
se non dolere fateretur. Necesse est enim ut dolorem habeat quisquis de perpetratis

culpis nemo consequi desiderat. Tertius gradus humilitatis confessio
Sed deinde sequitur confessio quia qualiter se peccatorem cognoscit et dole-
at confiteri studeat. Multi enim sunt qui se peccasse cognoscunt et dolent.
tamen celant. quia hoc quidem confiteri erubescentes non audent. Et quia sciunt
confessionem ad salutem necessariam fore. in cordibus suis coram deo penitent.
et illi confiteri promittunt. multoque maiorem penitentiam agunt. quam si confiterentur. et
eis iniungeret aliquis sacerdotum. Unde mihi videtur penitus decipiuntur. quia nullus
deo quidquam confiteri potest. quod ipse ignoret. Omnia enim nuda sunt ei et ap-
erta. Vult itaque deus. ut quicumque ei peccavit. ac si ipse nesciret ita pro loco
alii nescienti confiteri ne dissimulet. quibus hoc indicio manifeste comprobatur.
quia si deus hoc ignoraret. ipse nescienti ei manifestaret. Adhuc etiam idem est
maiorem penitentiam ex proprio arbitrio non confessus vult agere. quam aliquis si
confiteretur ei nesciret imponere. putat se magis quid fecisse ex propria volunta-
te quam si confiteretur. perpendat apud se quid sibi plus consulit. an confiteri et par-
vam penitentiam agere. an sine confessione spontanea voluntate longo peni-
tere tempore. Unde magis eligit penitentiam grauem perpetualem. quam reatum suum per confessionem
manifestare. agnoscat peccato. quia non dum nec confessioni illa sua spontanea
nec penitentia qualiscumque grauis sit adequavit. Etiam quidem non dum est tamen
consulit grauiter etiam penituisse. quantum confessione cum eo facere debuit.
fecisse. Est namque minus proprie qualibet grauiter sine confessione penitere. quam parvo
Quorum itaque tres gradus in modo. Quartus gradus. Post exordium confessione facta
te humilitatis etiam sequitur persuasio que cuiuslibet humilitatis est. Quarto videlicet
perlibate iam vertuntur gradus. Cum enim necessarium sit ut confiteamur. Secundum
est qua confiteri debemus. ut sicut ipsum quod confitemur ita esse persuadeamus.
Tunc enim pura est confessio. si eam sequitur voluntaria persuasio. Quintus gradus
Quinto igitur gradu confessio apponatur. ut si loquitur quale quis se cognoscit
dolet confitetur et suadet. tale quoque se ab aliis concedat iudicari. Sunt enim plu-
res satis semetipsos iudicantes. sed nequaquam patiuntur ab aliis iudicari
cum ut motem nec humilitatis ascendat verte est. ut sicut semetipsos de-
spiciendos iudicant. sic etiam alios si se iudicandos esse perceperint tolerare
sciant. Est namque opus est parata. que sexto loco est apponenda. Sextus gradus
Debet itaque unusquisque familiaris esse. scilicet ut quicumque ei aliquam iniuriam fe-
cerit ita eam suscipiat patienter. quasi commodum sibi magnum fecerit. Perfecto si
aliquis suorum alicuius dixerit hominis peccasse. eum sibi multe exinde
fecerit molestie non reclamaverit. sed potius talia iuste se pati dixerit.
tertium apud deum animam inveniet. Nos itaque qui multa contra creatorem

nem commisimus. tanto studiosius humiliari debemus. quanto magis nos in
dulgencia eius indigere uidemus. Nec solum absque murmuratione pati mo
lestias debemus. sed ut etiam grauiorem penam ad uindictam dei amemus
Amor enim supremus montis humilitatis gradus esse uidetur. cum quidem tunc
nimis est grata deo satisfactio. cum in eius qui satisfacit mente nulla ma
net murmuratio. sed pia magis feruet dilectio. Hi autem supremus dilatare partes
tes omnium. nunc eadem breuiter et summatim sub exemplo recolligimus.
Si enim dominus quispiam seruum haberet. qui pro culpa sua morti tradi deberet.
poenitentiaque ratione tamen corporalem suam culpam occultare uellet et in tenebris
uellet. aut si cognosceret quod est primus gradus humilitatis non inde doleret. aut
si doleret quod est secundus. coram aliis domino licet iubente confiteri nollet. aut si
confiteretur quod est tertius. persuadere nollet ut hoc crederetur. ita aut si uellet inde cul
pabilem credi quod est quartus. pati tamen nollet ut diceretur culpabilis. aut si hoc igi
tur pateretur quod est quintus. non tamen pati uellet ut sicut culpabilis tractaretur.
aut hoc patiens quod est sextus non ita tractari amaret quod est septimus. licet hoc nolle
dominum suum sciret. non ei perfecto illam culpam dominus dimitteret. ymo magis
ut nequam seruum eum puniret. Sic nec nobis nobis culpas dominus dimittit. si non
nos gradibus eisdem humiliamus. prout ipse esse iubet. Capitulum viii quomodo timore se puniat
Ueru quia nonnunquam ideo extollimur. quia nos aliis non recte comparamus. uide
dum est nobis quomodo id non facere debeamus. Si enim nos aliis nolumus
comparare ea tamen debemus considerare que a nobis sunt in nobis. non que a deo
prestita sunt nobis. Sic namque agit qui de bonis a deo sibi prestitis superaliis extol
litur. uelut qui uestibus alienis indutus gloriatur. Non ergo hoc bonum aliorum bo
nis comparare debemus. sed mala tamen nostra que a nobis in nobis habemus. Quasi si fecerimus
mala uidelicet nostra bonis aliorum ut conferamus. nos inferiores esse ceteris
omnibus nobis ipsis uidebimur. Et contra quod superbi faciunt. etiam si sint
omnibus deteriores. tamen se iudicant esse meliores. Bona enim bonorum tantum
attendentes. aliorum malis comparant. quorum mala intellexerunt considerare deberent
Consideratio namque uel cognitio Capitulum ix considerato alterius peccati sit peccatum
alicui peccati multa mala inducere potest. Si enim peccator est qui alterius cul
pam considerat. malo illius exemplo in peccato suo perseuerat. Si non peccator
a prima peccato frigescit. eodem exemplo. Quasi si eodem peccato uel etiam alio tempta
batur. facilius exemplo superatur. Si autem temptatione turbabat corpore temptatur.
quantum illius considerat. Si non iniuste presidendo se illi in superbia extollitur.
Et ne si diligebat etiam in deo. nunc eum incipit habere odio. Non ergo facile
considerandum est alterius culpa. cum considerario generat tot mala. Uirtus

nō illius semper debet attendi. quia eius consideratio pro contrarium nadᵗ
Ipsa namque peccatorem conuictum penitere facit penitentem. magis temptatum temptacioni
resistere. non temptatum semper manere iustum humiliat. diligere nō magis
diligere facit. Altius igitur uirtute nō meum. sunt et meum nō uirtutem
attendere debet quisque ad culmen humilitatis ascendere studet. De duabus sororibus
Hominis autem humilitatis pulcherrimi montis duce et hunc monte custodientibus
sorores sunt, et custodes. Verecundia scilicet que est apud deum. et uerecundia que est
apud homines. Nam cum temptatur aliquis. si ante mentis sue oculos has
duas sorores reduxerit. haud facile superari non poterit. Dicat enim sibi ipsi loquens
Si ego hoc uel illud peccatum fecero De verecundia que est apud deum debet
quod cum deum et sanctos eius angelos qui me uident oculos meos leuare
potero. quid dicam cum reatum meum omnis curia dei uidebit. boni et mali
angeli et dyaboli me accusabunt. Nequaquam peccabo. ymmo propter te domine
morte afficiar tota die. custodiamque uias meas ut nō delinquam. Dicat sibi igitur
unusquisque proponat sic semper consideret. sic se a brutis bestiis eruat. Sed
considerandum quod uerecundia que ante deum est. semper apud homines libera est.
Verecundia illa que est De sorore duarum sororum secunda custos fidelis
apud homines uerecundia nō nunquam fallax et latro pessima est. Dolet enim contingere
ut mente alicuius ubi sepe deus montis humilitatis est constitutus. hircus luxurie
lupus rapacitatis. uel alia quelibet uiciorum bestia temptet irrumpere. qua cum
uerecundia que apud homines est ne intraret prohibere debet. Sic se premet
ipsum mecum male consulendo loquitur. Magna inquit erit confusio si hinc
temptacioni luxurie ut postmodum sciatur additum dedero. Sed nullus homo hic
me uidebit. et ego bene celabo incipiam. nec amplius erit cognitum. Modice nunc
uoluptati consentiam. et cum uoluero memetipsum corrigam. ac deinde
penitendo satis melior quam sum modo ero. Multi enim post ruinam surrexe
runt. et postmodum meliores fuerunt. Sic nimirum uerecundia que est apud
homines. malo suo consilio nō nunquam fallitur et fallit. et mala menti be
stiam in monte que tueri debet intrare permittit. Que ne cum intrare per
missa fuerit. nō facile expelli poterit. Nam si is qui scelus commisit. confi
teri alicui noluerit. cogitatione quo prius permittebat ei. quod se emendaret
mox ut noluisset. post perpetratam culpam dicit. Quomodo confitebor. Dena
fronte reatum meum cuiquam. Nec amplius honorem habeo si me manifesta
uero. Sed cum modo apparebor omni tempore uilis ero. Quid igitur faciam. Peccatum
bor uoluptuose uiuendo. Modo uera iusticie tenere nalco Ecce quomodo
miser homo decipitur. quam callide uincitur. quam astute superatur. Ipse namque hum

litatis monte paulatim proficiendo scandit. ipse custodes eiusdem montis con
stituit. ipse eosdem custodes impugnantes montis expellit. ipse postmo
dum semetipsum male custodiendo inimicis hostibus suis facit. seu tra
dit. Et in me siquidem est unde cum dei gratia proficio. in me et unde deficio. Nō
michi virtutem proficiendi. aliquis facit. non ad defectum aliquis venire cogit me.
Suggerit deus. suggerit racio. suggerit virtutibus vertere vina. Et est in me
materia. libertatis arbitrium scilicet quod hoc facere possum si nolo. Econtra suggere
re dyabolus. suggerit appetitus et mundus. ut voluptuose vivam. et habeo possibi
litatem hoc faciendi si contradicere nolo. De fabula duarum per ordinem sororum
Sciendum est quia cum verecundia que est apud homines medium fallat. in
terim modum peccatum aditus meorum nobis fiat. verecundia que apud deum est
non fallit nec fallitur. Hec enim quando admittere peccata renovare locum suum
monte videlicet humilitatis quem tueri deberet. fallente sorore sua mentibus
visum. quasi portorem custodum distinctum invenit. vehementer tum bar dolet et ge
mit. sepe etiam lacrimas fundit. instabilis inmensa petu querit. qualiter
bestia intrauit funesta. que fuerat causa. quod exordium. quibus ne aditus
Et dum illam vehementer excruciat. ecce soror fallax fallacie cum pleriisque
sic consolatur. Ergo quare tantum doles. cur tot tantisque lacrimis te metip
sam affligis. Gravius te ille vel ille peccavit. et veniam obtinuit. Enim
est peccatum non tanti ponderis est peccatum quam facit illud Taliter male consule
do dolorem temptat lenire. Sed fidelis custos. que se coram deo for
midat accusari. sicut fallere nescit. sic malum consilium admittere contempnit
Illa commissa et dolendo plangit. et plangendo indesinenter sui conditoris
indulgenciam querit. atque locum suum curiosius deinceps custodit. Et nos semper
Notandum est igitur quia tempore temptacionis / mia dei debet cogitari
Nam ante perpetracionem culpe. numquam de mia dei debet cogitari. sed iudicium
et iusticia eius. furor et indignacio illius. hec debent pensari. hec debent
ante mentis oculos reduci. hec sepe immo cum magno horrore retractari
Sed quis temptatus non debet dicere mia domini magna est. sed hoc potius. horr
rendum est incidere in manus dei viventis. Et cum appetitus luxurie quelibet
pulsat. non cogitet tunc. quotiensque die ingemuerit. omnia peccata eius
oblivioni tradentur. sed potius sepe recogitando tractet. quod maledictus
est omnis qui peccat in spe. et illud. ve genti peccatrici. populo gravi ini
quitate filiis sceleratis semini nequam. Et si ante penitencia fuit peccati ad
missio. tunc demum de mia dei presumit est cogitanda. ne desperacio venie
supveniat Tempore itaque temptacionis modis omnibus unusquisque debet conari

ne superetur. quia deus licet veniam promiserit penitenti. non tamen spopondit
derelinquenti. ut ei veniam daret et voluntatem penitendi. Cum autem etiam
sit contra dei gratiam punietur. quisquis declinat a malo et facit bonum. et
iram et indignationem meruerit omnis qui operatur peccatum. magno
opere cavendum est. ut et inicia inveniamus et virtutibus adhereamus. Emenda comparacio
Tria nobis sunt attendenda. Innocentia. beneficium. per que attendentes
comparacio. Innocentia talis esse debet ut nulli noceat. beneficium ut omnibus
prosit. comparacio ut se omnibus inferiorem iudicet. Unde apostolus Omnes superiores sibi invicem
arbitrantes. Hec tria debet unusquisque aliis impendere. nichil horum est
fidelis ex debito exigere. Nam si frater tuus aliquis domino in multis peccasset. non
solum iram domini despiceret. sed et omnium confratrum suorum indignationem incurreret.
Et si aliqua iniuria michi fieret. non iuste conqueri deberet. Dicit aliquis
Innocentiam et beneficium aliis libenter impendo. sed omnibus aliis me inferiorem
credere nequeo. Quia rem homicide adulteri et latrones et huiusmodi
adhuc remaneo. Quicumque comparacionem facis inter te et alium. noli ponere in
una quod tuum non est. ymo quod tuum est. videlicet mala tua. et postmodum
bona sua. Talis comparatio vel consideratio semper fit inter attendentes
Et quid vero boni inter videris. non tibi sed deo imputes. Unde apostolus Quid
habes quod non accepisti. Si autem accepisti. quid gloriaris quasi non acceperis.
Sic igitur debemus innocentiam beneficio. Similitudo inter tenonexia et trahe
comparacione uti in faciendo et recipiendo. sicut in similitudine portatorum tenone
trahe. Quippe illam qui subeunt. faciem ad locum quo tendunt. ad locum
vero unde veniunt dorsa vertunt. Talis eciam aliis modis potest sed non
aut unde veniunt dorsa vertunt. Tenonexia portanti videlicet ut facies sint contra facies. vel dorsum
contra dorsum. vel facies ad locum a quo procedunt. Unde quo ire debent
aut contrarium est nondum. quod non minus quam ad nobis tenonexia comparam
do portatur nec certitas qua per tenonexia dicimus significari. minus quam
inter duos potest fieri. Si igitur in monte aliquo edificaret et homines
deus. qui immortalitatem et incorruptibilitatem nobis promittit. De tribus
Libertatis siquidem modos tres dicimus esse libertatem modis libertatis
videlicet actionis. qua omnis voluntas id est ut libere facere possit quod
voluit. Dicitur enim libertas intelligentie. qua non omnis voluntas. Est etiam
libertas recte voluntatis. que semper est bona. hanc paucissimi volunt. id est
ut ea velint que debent. Notandum quod libertas actionis sine libertate

voluntatis bone semper et male vim libertas intelligentie est media. que
bona est quotiens libertati recte voluntatis adheret. mala autem cum sine
illa est. Habet primo quis quantulamcumque libertatem intelligendi. id est sciendi intelli-
gere quid sit expediens. velit etiam in bono recte permanebit adipisci liber-
tatem intelligendi quidquid expedit. volendi quicumque debet agendi quod
prodest. Quod ubi libertate volendi. est libertas arbitrii **De venatione.**

Dyabolus per peccati suggestionem cottidie venatur. Eos uero intra sua
retia retinet. quos nec dolor pro peccato commisso afficit. Illos autem iam amit-
tere incipit. quos peccasse nimis intemperate lugere iam conspicit. Quosdam
autem tercii ordinis. id est sanatos a carnalibus et spiritualibus petit. omnino perdit
Primi omnino lugeant. doleant adhuc secundi. tercii uero gaudeant. **Ex dictis nostris**

Honorare deus dicitur animam prestantem. non quod honorat. **Honorat peccatum**
peccatum quod nichil est. sed quia non est ibi debita iustitia. que ibi ama-
ret. ut dicimus nos honorare dominum. in qua nichil est quod amemus. sed hoc et aliud
in ipsis virtutibus. igitur adhereamus. postponendo vicia. et hanc pacientiam amplecten-
do cum magis certatio pacientia et enim vel quelibet virtus. sine certatio quod plus beata

Videt ut aspicere solebat in infimum. **Visio cuiusdam de flumine** Planeta est
positus. et in extasi quodammodo extra se raptus. vidit magnum flumen
valde rapidum atque precipitem. in quod confluebat omnium fluxum purgaturum
et quarumcumque terrestrium rerum lavature. videbatur itaque aqua ipsa magis turbulen-
ta et immunda. omnium spurcitias sorde horrida. Rapiebat igitur ipse quicquid attinge-
re poterat. Devolvebat tam viros quam mulieres. Infirmi sed divites et inopes simul
Feda quidem erat aqua. extra tamen vivebat. Volutabantur in ea. veri esse asserebat
qui eum ducebat. Illo uero ab ipso inquirente. quid sunt torrens ille esset.
vel quid multitudo illa in eo volutatus pretenderet. Adiecit ille predictus
prius ait atque ait. Ne mireris. torrens mundum signat quo rapiuntur et in eum
illecebrosis spurcitiis involvuntur omnes ipsum amantes. Et hinc deus inquit

Vis nunc videre quid sit verus monachatus. adhuc alterum nolo. **De monachatu**
Duxit itaque illum qui in conspectu cuiusdam magni et ampli claustri. et
admodum speciosi. et ait Conspice. Aspexit et ille. Et ecce parietes claustri
illius obducti erant argento purissimo. herbaque in medio in ipsis erat
ipsa argentea. mollis quidem et redolens. et ultra humanam opinionem
delectabilis. Hec more aliarum herbe sub hiis qui in ea pausabant leniter
flectebatur. et surgentibus illis ipsa quoque erigebatur. Vt quid in moror. Quid est
iocunditatis illic inerat. Cum igitur hoc in perpetuo elegisset habitandum. adductor
× eius sic ei spopondit. si vellet verum ostensurum pacientiam. Sed quia ut ol' ostensurum primam

assolet intimum evigilavit et pessimum et pessimi demonstratore(m) assumpsit
Has igitur duas visiones nobis a sancta paternitate et paterna sanctitate re-
latas libenter audiamus et audiendo devote teneamus tenendo mente
cordis iugiter revolvamus ut unius horrorem fugiamus alterius vero ame-
ne iocunditati et iocunde amenitati inhiantes nos quoque modo statum tene(amus)
Sicut bubo dum in caverna cum pullis suis est **Similitudo inter bubonem et noct(uam)**
letatur et suo modo sibi bene est dum vero inter corvos aut cornicu(la)s seu
alias aves est incursatur ac dilaniatur et omnino sibi male est. ut porro quem
hinc rostro male petitur. ille alis inermem ferit. alter vero unguibus
distendit. ita et mihi. Cum enim vobiscum sum in vestris filiis videlicet meis comer-
sari quero. bene mihi est. et grata ac singularis vite mee consolatio. Cum vero
remotus a vobis inter seculares conversor. hinc inde variarum me causarum
incursus dilacerant. et que non amo negotia secularia vexant. male itaque
mihi est cum sic sum. ac timeo pertimesco anime mee dispendium. Hic
idem pater in quadam vice de transmarinis regressurus regem Anglorum minorem
adiit et ut Romam ad papam Urbanum pro stola sui archiepiscopatus eundi
sibi licentiam daret humiliter et mansuete petiit. At rex ad nomen Urbani tur-
batus dixit se illum pro papa non tenere. nec sue consuetudinis esse ut absque
sua electione alicui liceret in regno suo papam nominare. Hinc igitur orta
est quedam gravis dissensio inter regnum et sacerdotium. adeo quidem magna
quod ipse absque assensu regis Anglia exivit. Romam petiit. ibique aliquandiu
cum maximo honore et reverentia tam ab ipso papa quam a Romanis simul
commoratus. ac tandem petitu regis ac totius regni Anglie remissus. sic
pristine sedi deo quidem annuente ac populo favente restitutus est. **Exemplum de lepore**
Dum sederet autem quadam vice eodem patre iam dicto curia regis. pueri
quos nutriebat lepore sibi occurrente in via canibus insecuti sunt
fugientem. et intra pedes equi quem pater insidebat subsidentem consecuti
sunt. Ille vero sciens miseram bestiolam sic de refugio sibi consuluisse. retentis
habenis equum loco fixit. nec cupitum bestie voluit presidium denegare.
Quam canes circumdantes et lingentes suis haud grato obsequio hinc inde
lingentes. ut se sub equo poterant eicere nec maligno ledere quod videntes
admirati qui aderant sunt. At pater pius ubi quosdam exultantibus appa-
ruit ridere. et quod prepta bestiola letitie frena laxare. solutus in lacrimas
ait ridetis. et huic utique infelici nullus risus. letitia nulla. hostes eius
circa eam sunt. et ipsa de sola vita sollicita confugit ad nos. presidium sibi
modo flagitans. Hoc plane sic est et hominis anime cum de corpore exit

nutriebat

sibi

mox in manus inimici sui maligni scilicet spiritus. qui eam in corpore degentem. pravis actibus multimodis perverti sivit. crudeliter assunt. parati eam rapere. et in morte eterna precipitare. At ipsa nimis anxia. huc illucque circumspicit. et quam iterum defensoris et auxilii manum sibi porrigi ineffabili desiderio concupiscit. Demones autem econtrario videntes. immensa letitia gaudent. si nullo adminiculo eam fultam invenire queant. Quibus dictis laxato freno iter arripuit. bestiam vero persequentibus canibus clara voce interdixit. Tunc illa ab omni lesione immunis. exultans et hilariter perpeti cursu campos pl=

De puero et avicula

Alia quoque vice conspexit puerum. nam quodam tempore quidam cum avicula luderet. que in pede filo in morem habens. sepe cum laxius ire permittebatur. fugam sibi consulere cupiens avolare nitebatur. At puer filum manu tenens. retractam aviculam ad se usque deiciebat. et hoc ingens gaudium. pulchrumque spectaculum puero prestabat. Factum est hoc semel et iterum. factumque frequentius. Et pater benignus aspiciens. avicule condoluit. et in rupto filo libertati reddi cupiens precepit. Et ecce filum rumpitur. avis avolat. puer plorat. pater exultat. Et vocatis qui aderant. considerate inquit iocum pueri. et eo se fessus considerasse ait. Simili consideratione iocum diaboli cum hominibus multis. quos sunt vinctos laqueis. propria voluntate in diversa vitiorum impedimenta pertrahit. Sunt enim quidam. ut ibi gratia dicam avaritie et luxurie seu similium flagitiis succensi. et ex mala consuetudine illis addicti. Hos contigit aliquando. ut sua facta defleant. seque in modo a talibus cessaturos ore promittant. et modo avis liberos se avolare autumant. Sed quia pravo usu vincti ab hoste tenentur. volentes in eadem vitia deiciuntur. fitque hoc sepius. nec omnino inde liberantur. nisi magno conatu et gratia dei funis rumpatur prave consuetudinis.


Si hinc inquit peccati pudorem. et illinc

Si cernerem inferni horrorem. et in tormentis coram cernerem me. unde purus me in illum mergere. quam peccatum in me immittere mallem. cum purus a peccato in nocentes gehennam intrare. quam peccati sorde pollutus celorum regna tenere. Cum constet solos malos in inferno torqueri. et solos bonos in celesti beatitudine=

Verba defuncti ... monachi **De verbis defuncti** I[n] somnio eidem viso declarata. et ab eodem postmodum exposita. Erat igitur ille defunctus antiquus hostis ... insurrexit in me. sed in spiritu domini dei liberavit me. Hec dicens evanuit. Audiens vero pater in visione illa experge factus a sompno memorie commendavit. Ac singula presentibus inspiciens quid in quibus liberavit sic eam exposuit. Somno inquiens presentes quibus obli=

generatus fuerat ante baptismum. In eum insurrexisse hostem antiquum. Secundo
peccatis que fecerat post sacramentum baptismatis ante professionem. Tercio peccatis
que fecit post professionem ante obitum. Et tunc cecidit. Peccata enim quibus
obstrictus fuerat ante baptismum fide parentum in ipso sacramento deleta
dyabolus inuenit. Illa etiam que in seculo uel in monasterio ante professionem
commisit in ipsa professione monachica eque abolita repperit. Ille autem
eius repperit. Que uero post professionem fecit nec confessione ante obitum
monachus ille deleuit. Pulsum dum in spiritu designaui dixit ordinem
angelicum. Sicut enim in spiritu suos insidos. ita angeli spiritus malignos
a sua potentia coherceret. et possunt ne nos noceant inquantum nolunt:—

Explicit liber venerabilis Anselmi Cantuariensis archiepiscopi de similitudinibus



Hec sunt duodecim abusiva huius seculi per que seculi rota si in illis fuerit decipitur et ad tartharum tenebras nullo impediente iustitie suffragio perductum dei iudicium rotatur.

Primo si sine operibus sapiens et predicator fuerit quod qui sermone docet actibus explere negligit et auditores doctrine dicta facere contempnunt cum predicatoris opera a predicatione viderint discrepare conspicianunt iniqua fit efficax constituentis auctoritas nisi eam afferat operis cordi affixit audientis presertim cum ipse doctor si viciorum amore dilapsus fuit alterius doctoris medicamentum sibi adhibere volentibus propendit. Unde et ipse dominus in ewangelio de doctrina pariter et de bono opere instituere volens discipulos qualem in hiis cautelam haberent admonuit dicens. Quod si sal evanuerit in quo salietur. hoc est si doctor erraverit in quo iterum doctore emendabitur. Et si lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre quante erunt quapropter doctores cogitent ne ampliori subiaceant vindicte si plurimorum perditionis occasionem hominibus prestant. Et iam et salomon dum multe sapientie transgressione incurrit totius plebis israhelitice divisione solius sui merito prestitit quibus ergo multa committuntur maiora perdunt si non recte dispensaverint dona sua in summa que acceperunt. Cui enim plus committitur plus ab eo exigitur et servus qui intelligens voluntatem domini sui non facit actionibus et gravioribus vindicte flagellis vapulabit.

Secundus abusionis gradus est si sine religione senex esse invenitur. Cum enim membra exterioris hominis veterascunt vires animi id est interioris hominis membra incrementa roboris non capiunt. Plus enim omnibus religioni operam dare senibus competit quos prius seculi florida etas transacta deserit. Sicut namque insignis ipsa reproba arbor comparatur que post flores fructuum optimos cultori suo non exhibet. sic et in hominibus ipse reprobus est quem flos iuventutis deserit et tamen in sui corporis senectute bonorum operum maturos fructus proferre propendit. Quid vero stolidius fieri potest si mens ad perfectionem festinare non contendat quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat, dum caligant oculi auris graviter audit capilli fluunt facies in palorem mutatur dentes lapsi numero minuuntur cutis arescat flatus suaviter non olet pectus suffocatur tussis tachinat genua trepidant talos et pedes tumor inflat et iam homo interior qui non senescit hiis omnibus aggravatur et hec omnia ruituram iamiamque domum corporis cito prenunciant. Quid ergo superest nisi ut dum vite huius defectus appropiat nichil aliud cogitare quam quomodo future habitacionis prospere comprehendi

tur. quisque senex appetat cum in membris eius interius hominis iam tempus exstat
senibus non maturis exstat sive exterius vitae concordat. Cavende sunt
homini duae particulae quae nullius carne non veterascunt et totum hominem
ad peccatum trahunt cor videlicet et lingua quia cor novas semper cogitationes
machinari non desinit. lingua impigre loquitur quodcumque cor machi-
nari senserit. Caveat ergo senilis aetas ne iste iuvenescentes particulae totam
ceremoniam sibi decipiant et partes ineptas reliqui corporis gravitate ne
illudant. Unicuique namque considerandum est quid aetati eminenti dig-
num sit et hoc agat quod nec vitam nec aetatem nec ministerium vilescat.

Tertius abusionis gradus est si adolescens sine
obedientia deprehenditur quo mundus a recto omnis ordine depra-
vatur. Qualem namque in senectute ille ministrationem sperabit qui ab adoles-
centia senioribus obedientiam exhibere contempsit. Unde et in proverbiis
apud veteres dicitur quod dominari nequeat qui prius servitutem alicui
denegat praebere. Propter quod et dominus Ihesus temporibus suis carnis dum
adhuc ad legittimam aetatem doctoris non pervenit obedientiae ministrationem
parentibus suis exhibuit. Sicut ergo in senibus sobrietas et morum perfectio
requiritur ita et in adolescentibus obsequium et subiectio et obedientia iure de-
betur. Quapropter et in mandatis legis primum illud quod ad hominem
pertinet patris et matris honor imperatur. Quia quamvis carnalis pater
non superfuerit aut indignus sit alicui tamen patri digno et merito
patris honor usque ad dignam aetatem a filiis praebendus esse osten-
ditur. Quatuor etenim modis praescriptura divinae patres notantur hoc est
natura gente admonitione aetate. Natura namque naturaliter Iacob ad La-
ban loquitur. Nisi timor patris mei Ysaac affuisset tulisses omnia quae
mea sunt. Gente vero pater dicitur quando dominus de rubo ad Moysen loque-
batur. Ego sum inquiens deus patrum tuorum deus Abraham deus Ysa-
ac deus Iacob. Aetate autem pater et admonitione sic dicitur. Cum
Moyses in cantico deuteronomii loquitur interroga patrem tuum etc. Quod si ergo
naturalis pater superstes non fuit aut indignus fuit admonenti et seni-
ori adolescentis obedientia praebenda erit quomodo enim in senectute honora-
tus appetebat qui disciplinae laborem in adolescentia non sustinuit. Quod enim
homo seminaverit haec et metet. Omnis enim disciplina in primo non videtur
gaudii sed maeroris postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam
reddet iustitiae. Sicut enim fructus non invenitur in arbore cui pampinus
aut flos primus non apparuit. Sic in senectute honorem suum consequi

non poterit qui in adolescentia discipline alicuius exercitationibus non laboravit.
Disciplina igitur absque obediencia qualiter fieri potest. Adolescens ergo sine disci-
plina, adolescens sine obediencia est, quoniam ipsa obediencia que omnium disciplinarum ma-
ter est magna exercitatione indiget, que sui normam studii a Christo suscepit
domino, qui obediens patri usque ad mortem tantas ignominias libenter sustinuit.

Quartus abusionis gradus est dives sine elemosina,
qui superflua conservacionis sue que custodienda in posterum recondit
indigentibus et nichil habentibus non distribuit, per quod efficitur ut divicias i-
sta quesita diligenti cura custodit, celestis patrie perhennem thesaurum
amittat. Ad quem thesaurum dominus Ihesus adolescentem divitem qui illum
de perfectione interrogavit ita videns invitavit: Si vis perfectus esse vade et
vende omnia que habes et veni sequere me et habebis thesaurum in celo. Quem
thesaurum nullus habere potest nisi qui pauperibus solacia prestat aut per se metipsum
pauper est. Non ergo dormiat in thesauris tuis quod pauper potest refi-
cere. Dives namque et si multa congregavit, hiis tamen solus non poterit,
quia unius hominis natura multis hominibus non sufficit. Quid ergo stul-
tius quam unius hominis victum et vestitum totam regni celestis perhennem
iocunditatem perdere et eternos cruciatus inferni absque consolacionis prestolacione
subire. Quod ergo aliquam paucitatem amittendum est proxima terminacio-
ne sponte distribuendum est. Omnia enim que videntur temporalia sunt, que autem
non videntur eterna sunt. Quam diu namque temporales sumus, temporalia
temporalibus deserviunt, et cum hinc transierimus eterna solacia prestabuntur.
Porro diligere non debemus que semper non habebimus, presertim cum expertem omnis
amatorem thesauri sui et agri et omnia que habet odiunt eum. Toto corde in
vanum res illas amat que nunquam se diligunt. Si enim aurum et argentum agros
et vestimenta et agros et metalla et bruta animalia quis dilexerit, omnia hec
vicem amoris eius rependere non posse ipsa rerum natura ostendit. Quid racione
longius est quam diligere quod te amare non valet, et illum negligere qui dilec-
cioni tue cum dileccione omnia prebet. Propterea igitur non diligi mundus sed
diligi proximus iubetur, quia vicem sui amoris potest reddere, quod mundus posse
minime dubitatur. Licet et inimicum diligendum esse dominus precipit ut illa
dileccio amicum illum ex inimico efficiat. Quisquis ergo cupidus dives qui
vult eternas habere divicias, distribuendo egenis prebeat istas non mansuras.
Si enim quod diligit non vendidit, nemo potest emere quod cupit. Quam namque in
iudicio districtissimo iudice increpantur maledicti, quia qui prestabant eorum
habitacula non dicebant. Benediccio domini super vos; benediximus vobis in nomine domini

Infelices ergo sunt auari diuites qui propter res transitorias in eternam damp-
nationem dilabuntur et eterno. Et misericordes qui ipsi misericordiam consequentur.
Felix ergo est misericors qui in hac uirtute deus non solum sed et affectum requirit

Quintus abusionis gradus est femina sine pudicitia. Sicut enim omnes
mores prouidet et custodit in uiris prudentia sic et in femina cunctos ho-
nestos actus nutrit et fouet et custodit pudicitia. Pudicitia namque auari-
tiam refrenat, lites deuitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupi-
ditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatem cauet, uerba non multi-
plicat, gule concupiscentias impugnat et furtum omnino dampnat. Quid plura?
omnia uitia restringit et omnes uirtutes et quidquid coram deo et hominibus bonis
laudabile est nutrit. Pudicitia namque uitam famam inter homines bonos
possidet et de spe future beatitudinis gaudet presentibus semetipsam imita-
bilem facit posteris memoriam amabilem relinquit. Bonis semper moribus
delectatur et consentit et assiduis scripturarum meditationibus et eloquiis omnium
uirorum bonorum precedentium exempla custodit et inseparabilia perfectis contubernia
nectit. Duobus modis constat namque pudicitie excitatio id est corporis habitu et figure
et animi affectu interno. Per exteriorem modum iuxta apostolum coram hominibus
exempla coram deo per interiorem prouidemus opera bona. Pudicitia namque
corporis est alienas res non appetere omnem inmunditiam deuitare ante
horam congruam non gustare nolle risum non excitare uerba uana et falsa
non loqui habitum per omnia ordinatum compositumque conuenienter tam
capillorum quam uestium sicut decet habere cum indignis contubernia
non inire uagari oculos non permittere superbo uultu neminem aspicere
pompatico et illecebroso gressu non incedere nulli inferiorem incepto bono opere
apparere nulli contumeliam uel ruborem inducere neminem blasphemare
senes non irridere meliorem non contrauersari de his que ignorat non trac-
tare et ea omnia que sunt non perficere. Hec cum primis amabilem homini red-
dunt et deo acceptabilem faciunt. Pudicitia uero animi est plus propter dei
oculos quam hominum omnia bona facere appetitiones turpium cogitationum
compescere omnes meliores se esse estimare neminem inuidere de semetipso
nichil confidere dei semper auxilio res omnes committere ante dei oculos semper
ipsum constituere heretica prauitate sensum non maculare catholicis concilia
consentire deo soli adherere castitatem intime mentis domino christo offerre
omnia cepta bona opera mortis tantum termino finire presentes tribulatio-
nes animi fortitudine paruipendere nichil preter premios inl amare tanti
amoris thesaurum in celo constituere et prouidenti bono actu incedere in celestibus

adeo spectare. Pudicitia nobilium ornamentum est exaltatio humilium nobilitas ignobilium pulchritudo vilium prosperitas laborantium solamen mestorum augmentum omnis pulchritudinis decus religionis defensio criminum multiplicatio meritorum creatoris omnium amicitia.

Sextus abusionis gradus est dominus sine virtute quia nichil proficit dominandi habere potestatem si dominus ipse non habeat virtutis rigorem. Sed hic virtutis rigor non tam exteriori fortitudine que et ipsa secularibus dominis necessaria est indiget quam animi interiorem fortitudinem bonis moribus exercere debet. Sepe enim dominandi virtus per animi negligentiam perditur sicut in Heli sacerdote factum fuisse comprobatur qui dum per senilitatem [illegible] peccantes filios non corripuit eorum vindictam deus velut consentienti imputans illi severiter non pepercit. Tria ergo necessaria illum qui dominatur habere oportet terrorem scilicet et ordinationem et amorem. Nisi enim ametur dominus pariter et metuatur ordinatio illius constare minime poterit. Per beneficia ergo et affabilitatem procuret ut diligatur et per iustas vindictas non proprie iniurie sed legis dei studeat ut metuatur. Propterea quoque quia dum multi pendent in eo ipse debet adherere deo qui illum in ducatum constituit qui ad portandum multorum onera ipsum velut fortiorem solidavit. Paxillus enim nisi firmetur et ubi firmus alicui fortiori hereat omne quod in eo pendet cito labitur et ipse solutus a rigore sue firmitatis cum oneribus ad terram delabitur. Sic et princeps nisi suo conditori adheserit prevaricatur et ipse et omnis qui ei consentit cito deperit. Quidam namque per dominandi officium plus deo appropinquant quidam ex imposito dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim suscepto populi ducatu familiaritatis dei locutionibus utebatur. Saul vero filius Cis postquam regni sceptra suscepit per inobedientie superbiam deum offendit. Rex Salomon postquam patris sui David sedem obtinuit deus illum ultra omnes mortales velut ad innumerosi populi gubernationem sapientie munere donavit. E contrario vero Jeroboam filius Salomonis postquam regni domus David partem occupavit ad ydolorum cultum decem tribus Israhel que erant in parte Samarie deduxit. Per que exempla evidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad profectum maiorem crescere quosdam vero per secularium dignationis ad deteriora deficere. Per utrumque intelligitur eos qui ad meliora contendunt principatum animi et domini auxilium posse id facere et eos qui ad deteriora declinant per mentis imbecillitatem pariter et negligentiam cadere ~~per mentis imbecillitatem~~. Unde dominus absque virtute fieri non debet quoniam virtutem sine dei auxilio ullatenus habet. [illegible] magna

Inetur si non habeat fortitudinem non valet id agere quia magna
magnis infestationibus et adversitatibus solent laborare. Omnis ergo qui
preest hic primitus animum tota intentione ponet ut pro omnia de dei adiutorio omnino
non dubitet. Si namque ceperit in actibus suis auxiliatorem habere dominum de
minorum nullus hominum contemptum habere poterit eius dicatum non enim est
potestas nisi a deo. Ipse enim elevat de stercore egenum et sedere facit cum principibus populi
sui et potentes deponit de sede et exaltat humiles ut subditus fiat omnis mundus

Septimus abusionis gradus dominus deo regeat gloria dei

Septimus est christianus contentiosus qui cum participationem nominis Christi
per fidem et baptismum susceperit contra dictum Christi et propositum mundi certamina de
lectamine diligit. Omne enim quod appetitur aut propter propriam eius delectationem
rei de qua agitur aut propter alterius amorem quod sub odiosa specie latet appe
titur. Quemadmodum ubi grave bellum animoso compugnatur conflictu cum
odiosa res sit propter amorem victorie et libertatis peragitur et multa ubi dilecte
spes sub odioso labore vel formidine satis contentiose expetuntur. Unde
patenter intelligitur vix contendi posse nisi propter dilectionem speratam scilicet
ut sequatur amabilem terminationem. Cum ergo de mundo pro re ex qua quisque
causa contendit perspicue ostenditur quod illum diligit quem ... diligi
per Iohannem spiritus sancti sermo interdicit in quo ait: Nolite diligere mun
dum neque ea que de mundo sunt. Mundi enim amor et dei pariter in uno corde cohabitare
non possunt quemadmodum idem oculi celum pariter et terram nequaquam conspiciunt.
Sed requirendum est si in mundo sit aliquid quod amari debeat et quid sit ille
mundus quem diligi divina eloquia vetant. Terra autem cum nascentibus
ex ea et metallis et animantibus et pulchritudine vestium et oblectationibus ceter
isque que ad hec pertinent non diligi precipiuntur. Sed primus propter quem hec omnia facta
sunt amari iubetur. Hec enim predicta omnia velud non mansura ad celestem
patriam comitari nequeunt. Proximum vero velut mansurum regni coheredes semetipsos
invicem diligunt. Quod ergo in mundo simul non manere cum mundo pariter deficiet ipse
mundus non amari precipitur. Proximus autem qui est pars regni celestis in terra in
unica eterna regni celorum participibus non incongrue amatur dum in summa
illa patria mecum coheres habebitur. Propterea non mundus prius non diligi precipitur
ne a dei dilectione alienum seculi dilector quisque efficiatur. Non ergo licet contendere
quod non licet amare. Igitur si christianus nominis Christi similitudinem tenet morumque
eius similitudinem habere debet. Christianus enim nemo recte dicitur nisi qui Christo
moribus coequatur. De Christo enim ita propheta dicitur: Ecce filius meus
quem elegi electus meus complacuit sibi in illo anima mea. Ponam spiritum

meum super eum. Non contendet neque clamabit neque audiet aliquis in platea vocem eius. Ecce
Christus non contendit, tu si mereris Christi filius, ergo tu ne contendas ne abusivus contra
christianus existas. Sunt enim sectatoribus Christus precepit: Nolite vocari rabbi, unus est
enim magister vester qui est Christus. Et preterea: Nolite vocare vobis super terram, unus enim pater vester qui in celis est.
Omnes autem vos fratres estis, qui ad supplicandum ita nos apostolus dicere. Si quis autem videtur contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus neque
ecclesia sancta. Frustra enim contendit homo contra primum intra qui patrem et propriam perficit hominem
mortalis omnis proprie possessor nemo efficitur in quo detinet propter contentionem sciens habet.

Octavus abusionis gradus est pauper superbus,
qui nihil habens in superbia extollitur, cum etiam divitibus seculi non superbe
sapere per apostolum Paulum imperatur. Quid ergo stolidius fieri potest quam illum qui
propriam miseriam velud in vitam abiectus ex mentis et humilis mente deberet contristari debeat, superbiae tumore inflatam mentem contra deum erigere, per quod
vitium lapsi corruerunt qui in summo celi conditi erant sublimes. Quid ergo vilius
quasi potens in vita superbire qui potentibus hominibus debeat humilis apparere.
Sed nec de paupertate sua tristitiam habeant quod adeo acceptum sunt pauperes. Attendant quod ipse inquit: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Et tanta namque dispensatione minores iudex celi regnum illis committit quibus terrarum regni participationem
mortales abstulit, ut ipse dives in celi sede appareat qui in vita nihil penitus
procurat. Cavendum namque pauperibus est ne dum pravitatem terre regni preterierint et per mentis impudentiam etiam celorum regna amittant. Tamen enim dispensatione
dei paupertatis acceptio maior pendet, cum dubio utrum pauperes spiritu sint. Non omnibus
namque pauperibus celi regna promittuntur, sed his tantummodo quibus divitiarum copiam
animorum humilitas commutatur. Pauper enim humilis pauper spiritu appellatur, qui
tamen egenus foris cernitur nunquam in superbia elevatur, quoniam ad consequenda
regna celorum plus valet mentis humilitas quam parvum divitiarum temporalis paupertas.
Etiam humiles qui hic divitias possessas habent pauperes spiritu appellantur, et superbos nihil habentes haud dubium est beatitudine paupertatis privari. De quibus utrisque
sacra scriptura loquitur ita: Est quasi dives cum nihil habeat, et est quasi pauper cum in multis
divitiis sit. Pauper quasi in multis divitiis est dives humilis spiritu, et nichil habens quasi dives est
pauper superbus mentis affectu. Et nobilis generositas est mentis humilitas, et reprobe
divitie sunt animorum enormitates. Providendum ergo pauperibus est ut semetipsos quales
sint intelligant, et quia rebus consequi non valent mentis tumore superbire

Nonus abusionis gradus est, de simili
Rex iniquus, qui cum iniquorum corrector esse debuit, licet in semetipso nominis
sui non custodiat dignitatem. Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis
omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit qui proprios mores

ne iniqui sint non corrigit. quoniam iustitia regnum exaltatur. solium et ciuita
te solidantur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est neminem iniuste per
potentiam opprimere. sine acceptione personarum inter virum et proximum suum iudicare.
aduenis et pupillis defensorem esse. et cohibere furta. adulteria punire. iniquos non
exaltare. impudicos et histriones non nutrire. impios de terra perdere. parricidas et periura
tes viuere non sinere. ecclesias deffendere. pauperes elemosinis recreare. iustos super
regni negocia constituere. senes et sapientes et sobrios consiliarios habere. magorum
et ariolorum phitonissarumque superstitionibus non intendere. iracundiam suam
differre. patriam fortiter et iuste contra aduersarios defendere. per omnia in deo confidere.
prosperitatibus animum non eleuare. cuncta aduersantia patienter tollerare. fidem
catholicam in deum habere. filios suos non sinere impie agere. certis horis ora
tionibus insistere. ante horas congruas non gustare cibum. Ve enim terre cuius rex puer
est et cuius principes mane comedunt. hec regni prosperitatem in presenti faciunt et re
gem ad celestia regna meliora perducunt. qui vero secundum hanc legem non
dispensat multas nimirum aduersitates tollerat imperii. Idcirco enim sepe pax
populorum rumpitur et offendicula etiam de regno suscitantur. terrarum quoque
fructus diminuuntur et seruicia populorum prepediuntur. multi et varii dolores pro
speritatem regni inficiunt. carorum et liberorum mors tristiciam confert. hostium incursus
prouincias undique vastant. bestie armentorum et pecorum greges dilacerant.
tempestates aeris et hemisperia turbata terrarum fecunditatem et maris ministeria
prohibent. et aliquando fulminum ictus segetes et arborum flores et pampinos
exurunt. super omnia vero regis iniustitia non solum imperii presentis faciem fuscat
sed etiam filios suos et nepotes ne post se regni hereditatem teneant obscurat.
propter piaculum enim Salomonis regnum domus Israel dominus de manibus filiorum
eius dispersit. et propter iustitiam David regis lucernam semini eius semper
in Ierusalem reliquit. Ecce quantum iustitia regis seculo valet intuentibus
perspicue patet. pax populorum est tutamen patrie immunitas plebis munimen
gentis cura languorum. gaudium hominum temperies aeris serenitas maris
terre fecunditas solacium pauperum hereditas filiorum et sibimetipsi spes future beatitu
dinis. Attamen sciat rex quod sicut in throno hominum primus constitutus est sic et in
penis si iustitiam non fecerit primatum habiturus est. Omnes namque quoscumque peccatores sub
se in presenti habuit supra se modo miserabiliter in illa pena futura habebit.

Decimus abusionis gradus est episcopus negligens. qui gradus sui ho
norem inter homines requirit. sed ministerii dignitatem coram deo pro quo
legatione fungitur non custodit. Primum namque ab episcopo quod sui digni
tas tenet inquiratur. qui episcopus nomine grecum est et speculator interpretatur

Quare speculator ponitur et quid a speculatore requiritur dominus ipse euidenter
tum sub ezechielis persona episcopo officii sui rationem denunciat ita inquiens Specula
torem dedi te domui israel audiens ergo ex ore meo sermonem nunciabis eis ex
me Si autem videris gladium venientem et tu non annunciaueris ut reuertatur im
pius a via sua ipse impius in impietate sua morietur sanguinem autem eius de manu tua requiram Si
autem annunciaueris et ille non fuerit reuersus ipse quidem in impietate sua morietur
sed tu animam tuam seruasti. Debet ergo episcopus omnia in quibus speculum positus est
peccata diligenter attendere et postquam attenderit corrigere Et si non poterit iuxta
euangelii regulam scelerum operatores declinare Si autem inquit in euangelio
dominus peccauerit in te frater tuus corripe ipsum inter te et ipsum solum si te au
dierit lucratus eris fratrem tuum. Si te non audierit adhibe tecum duos uel tres
ut in ore duorum uel trium testium stet omne verbum Si illos non audierit dic
ecclesie si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus Tali ordine
expellendus est quicunque doctori uel episcopo non adheret et qui tali ordine expulsi
sunt ab aliquo doctore uel episcopo recipi non debent. De sacerdote namque in lege scriptum est
Viduam autem repudiatam non accipiat uxorem. Qui ergo excommunicatus illa
uitam catholico iungit una sacerdotii secundum quod christianorum genus est electum
expedit hac ratione episcopum ad eos quibus in speculatione positus est esse opor
tet. Ceterum in qualis in semetipso esse debeat paulus apostolus exponit ut
ad gradum episcopi veniens sit sobrius prudens castus sapiens modestus
hospitalis filios habens subditos cum omni castitate testimonium habens bonum ab
hiis qui foris sunt amplectens doctrine fidelem sermonem. Unius uxoris uirum non
plures habens uxores quam unam non percussor non litigiosus non neophitus ut
prebeat opere quod alios docet in sermone doctrine. Caueant ergo negli
gentes episcopi quia in tempore vindicte dominus per prophetam conqueritur Pastores
multi demoliti sunt populum meum et non pascebant gregem meum pastores
sed pascebant semetipsos sed potius perimet hii quos constituit dominus super
familiam suam dare illis cibum in tempore suo tritici mensuram primam scilicet pro
batam doctrinam quibus veniente domino meretur audire. Euge serue bone et fide
lis quia in pauca fuisti fidelis

Undecimus abusionis gradus est sine disciplina gens que dum disciplinae
correctionibus non seruit communi se laqueo perditionis constringit in rem dei absque
disciplinae rigore atque ideo psalmiste vocibus indisciplinate plebi dicitur
Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta. Disciplina vero
est morum correctio et maiorum precedentium regularum obseruatio. De qua disciplina
paulus apostolus ita loquitur dicens In disciplina perseuerate tamquam filiis vobis

se offert deus. Ceterum si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes
ergo adulteri et non filii estis. Cum ergo adulteri et indisciplinati sint celestis regni
hereditatem non capiunt. filii autem paterne discipline correctiones ferunt et heredita
tem quandoque recipere posse non desperant. De qua etiam disciplina ysaias quondam
indisciplinate plebi predicat dicens. Quiescite agere perverse discite benefacere. et
eandem psalmus consona voce psallit dicens. Declina a malo et fac bonum.
Infelix ergo est qui abicit disciplinam. Videt enim exterius milites aliquid quod dominum cru
cifigentes eius non sciderunt tunicam que ecclesie christi signabat unitatem. Sicut
enim tunica totum corpus preter caput tegit ita disciplina ecclesie de celo ado-
tubuntur et integratur. De quo cum discipulis ad patrem ascenderet postquam resurrexit a mor
tuis ad apostolos suos loquebatur. Vos autem sedete hic in civitate quousque
induamini virtute ex alto. Tunica ergo corporis christi disciplina ecclesie est. Qui autem
extra disciplinam est alienus est a corpore christi. Non scindamus ergo illam sed sortiamur
de illa. id est non solvamus quicquam de mandatis domini sed unusquisque in quo vo
catus est in eo permaneat apud deum

Duodecimus abusionis gradus est plebs sine lege que dum dei dicta et legis
scita contempnit per diversas errorum vias eundo perditionis laqueum
incurrit. De quibus viis sub persona predicatoris populi humanum genus
propheta ita deplangit. Et nos autem sicut oves erravimus unusquisque in viam suam
declinavit. De quibus viis et eadem sapientia loquitur per salomonem. Multe vie
videntur hominibus recte et novissima earum ducunt ad mortem. Cum itaque mul
te perditionis vie tunc intenduntur tamen una regalis via lex dei videlicet que
neque ad dexteram neque ad sinistram declinat per negligentiam deseritur. De qua
scilicet via dominus christus qui est finis legis ad iustitiam omni credenti denuntiat. Ego
sum via veritas et vita. et nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quam viam omnes homines
invitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego refi
ciam vos. Quia non est personarum acceptor deus. ubi non est iudeus et gentilis mas
culus et femina servus et liber. barbarus et scita sed omnia in omnibus christus. Omnes
enim sunt in christo ihesu domino. Cum ergo christus finis legis qui sine lege sunt sine christo
sunt. Igitur populus sine lege plebs sine christo est. Abusio est ergo in temporibus evangelii
populum sine christo fieri quando apostolis in cunctis gentibus predicationis licentia data est
quando totum evangelii per omnes partes intonuit quando gentes que non secta
bantur iustitiam apprehenderunt iustitiam. Et qui quondam longe fuerant facti sunt prope in sanguine christi
Qui aliquando non plebs dei nunc autem populus in christo. Cum nunc est tempus acceptabile et dies
salutis et tempora refrigerii in conspectu altissimi quando unaqueque gens habet
testem resurrectionis quando ipse dominus protestatur dicens. Ecce ego vobiscum sum

omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Nos simus itaque sine xpo nullo tempore transitorio ne sine nobis xpus esse incipiat in futuro.

Explicit liber beati cypriani de duodecim abusionibus huius seculi. Deo gratias

Incipit liber beati Anselmi de conceptu virginali et primo capitula

Quid sit originalis et que personalis iustitia vel iniustitia. 2 Qualiter humana natura corrupta est. 3 Quod non sit peccatum nisi in voluntate rationali. 4 Quod nichil per se iustum sit aut iniustum nisi ipsa iustitia vel iniustitia et quod nichil puniatur nisi voluntas. 5 Quod malum quod est peccatum sive iniustitia nichil sit. 6 Quod tamen quod punit deus peccatum non punit pro nichilo. 7 Quomodo semen hominis dicatur immundum et conceptum in peccatis quamvis in eo non sit peccatum. 8 Quod in semine sumpto de virgine non sit peccatum nec necessitas futuri peccati. 9 Cur peccatum quo dampnatur humanum genus magis imputetur Ade quam Eve cum ille post illam peccaverit. 10 Cur contrahetur peccatum Ade qui eius conscii non fuerunt. 11 Quod propagatio de virgine non subiaceat legi et meritis naturalis propagationis et quod tres sint cursus rerum. 12 Quod mala Ade nulla iustitia ad illum hominem transeant. 13 Quod et si non esset deus sed purus homo necesse tamen esset illum talem esse qualis primus homo factus est. 14 Quod ratione maiori non restringitur quod scriptum est hominem de immundo semine et in iniquitatibus conceptum etiam si de aliquibus supra scriptum dictum sit. 15 Quomodo massa peccatrix non sit tota peccatrix. 16 Cur Iohannes et alii qui similiter concepti sunt parvuli non sint a peccato liberi a xpo. 17 Cur deus incarnatus sit cum de Adam facere posset homines non deos sine peccato tot quot sufficerent. 18 Quod de virgine iusta deus conceptus sit non necessitate quasi de peccatrice non posset sed quia sic decebat. 19 Quomodo ista et alia alibi dicta concordent et dissonent. 20 Quod natus de virgine pro originali peccato habuit originalem iustitiam. 21 Quare non potuit habere personalem iniustitiam. 22 De quantitate originalis peccati. 23 Cur et quomodo descendat in infantes. 24 Quod peccata parentum preter peccatum primi Adam non computentur in originali peccato filiorum. 25 Quod nocerent animabus eorum. 26 Quomodo tamen nullus portet peccatum patris sed suum. 27 Quid sit originale peccatum et quod in omnibus sit equale. 28 Contra illos qui putant infantes debere dampnari. 29 Quomodo impotentia habendi iustitiam excuset eos post baptisma.

Cum in omnibus religiose Incipit primum capitulum tue voluntati velim si possim obsequi frater et fili karissime volo tue vtique maxime debitorem me iudico cui eam amore ita excitari intelligo. Certus autem sum quia in libro Cur deus homo quem ut ederem tu maxime inter alios impulisti in quo te mecum disputatorem assumpsi legis aliam preter illam quam ibi posui posse videri rationem quomodo deus assumpsit hominem de massa peccatrice humani

ptus sine pecco quia studiosa mens tua adquirendi que na illa sit no paruu pvocat
Qua pp iustius e videri timeo si quod inde m videtur dilecti tue abscodo Dicam
sic breuiter de hoc quod sentio ut nullius decade re fidele improbem sniam nec mea
si veritati repugnare probari rationabiliter potit pertinaciter defendi. Illa tn eiusdem
rei ronem quam in eodem opusculo posui omino ratam et sufficiente si bn osideret
estimo. Nichil eni prohibet eiusdem rei rationes plures ee quaru vnaqueqz
sola pt sufficere adinueniendu scz qualiter deus hominem assupsit de gnis humani mas
sa peccatrice sine pecco. Primu de originali pecco nare e investigare qz de hoc solo nas
citur hec questio Nam si videtur quo xpus huic subiacere no potuit palam erit
assuptio siue coceptio illius hois ab oi pecco libera fuit. Originale qdez ab origine
denoiari dubiu no e. Si ergo originale pctm no e nisi i hoie videtur dici aut ab
origine humane nature quod est ab eius inicio originale eo quia ab ipsa humane nre
origine trahatur aut ab origine hoc e ab inicio vniuscuiusqz psone qui i ipa eius
trahitur origine Sed quod ab inicio humane nature descendat no videtur qui
origo illius iusta fuit quando primi parentes iusti facti sut sine oi pecco. Videtur
itaqz dici originale ab ipa origine vniuscuiusqz psone humane. Quamuis siquis dicat
peccatu vocari originale eo quod ab illis descendat i singulos a quibus hui
originem nature no contradicam si tn no negetur originale pctm cu ipa vnius
cuiusqz psone origine trahi. Licet eni in vno quoqz homine simul sint et natura
qua est homo sicut sut omnes alij et psona qua discernitur ab alijs ut cu dicitur iste
vel ille siue pprio nomine ut adam aut abel et vniuscuiusqz pctm sit i natura et
psona, fuit eni pctm ade i homine quod e i natura et i illo qui vocatus e adam
quod est in psona est tamen pctm quod quisqz trahit cu natura i ipa sua origine et
est pctm quod no trahit cu ipa natura sed ipse facit illud postqua iam est p
sona discreta ab alijs psonis illud quidem quod trahitur i ipa origine vocatur origi nale
quod pt etiam dici naturale no quod sit ex essencia nature Sed quia pp eius
corruptionem cu illa assumitur. Pctm autem quod quisqz facit postqua psona
est psonale pt nominari quia vicio psone fit. Simili ratione pt dici originalis
et psonalis iusticia Siquidem adam et eua originaliter hoc e i ipo sui inicio mox
ut homines extiterunt sine interuallo simul iusti fuerunt.

Personalis autem dici pt iusticia cu i iustus accipit iusticiam qua ab origine
no habuit. Ergo adam et eua si iusticiam seruassent originaliter qui de illis
nascentur originaliter sicut illi iusti essent. Cum autem psonaliter peccauerunt cu origina
liter fortes et incorrupti haberent ptatem semper seruandi sine difficultate iusticiam totu
quod erant infirmatu et corruptu est. Corpus quidem quia tale post pctm fuit
qualia sunt brutorum animaliu corruptioni et carnalibus appetitibus subiacentia anima

uo quia ex corruptione corporis et ipsis de appetitibus atq3 ex indigentia bonorum que perdidit
carnalibus affectibus est infecta. Et quia tota humana natura illis erat et extra
ipsos de illa nichil erat tota infirmata et corrupta est. remansit igitur in ea debitum
iusticiam integram sine omni iniustitia quam accepit et debitum satisfaciendi quia eam de-
seruit cum ipsa corruptione quam propter peccatum incurrit. Sicut itaq3 si non peccasset qualis
facta est a deo talis propagaretur. ita post peccatum qualem se peccando fecit talis propagatur.
Quia igitur ipsa nec satisfacere pro peccato nec iusticiam derelictam recuperare valet et corpus
quod corrumpitur aggrauat animam et tunc cum maxime infirmus est ut in infantia
et in utero matris ut nec etiam iusticiam intelligere possit uidetur esse necesse eam in infantibus
nasci cum debito satisfaciendi pro primo peccato quod semper cauere potuit et cum debito
habendi originalem iusticiam quam semper seruare valuit. Nec impotentia excusat eam
in ipsis infantibus quia illis non soluit quod debet cum ipsa se eam fecit deserendo
iusticiam in primis parentibus in quibus tota erat et semper debitrix est habere potestatem quam
ad semper seruandum iusticiam accepit. Hec ex uideri potest in infantibus originale peccatum. Ad-
damus et peccata propriorum parentum que redduntur in tertiam et quartam generationem.
Quamuis enim queri possit utrum hec omnia intelligenda sint in originali peccato an
non tamen ne propter hoc quod quero uidear illud leuigare pena illud esse dico ut
Uerum siue hoc totum sit originale peccatum a nullo contrarius ostendi possit
tantum siue aliquid minus puto nullatenus illud posse asserere esse in in-
fante antequam habeat animam rationalem sicut nec in adam fuisse iusticiam prius quam
fieret homo rationalis. Nam si adam et eva generassent sine precedenti peccato non tamen esset in semine
iusticia nec esse posset prius quam formaretur in uiuentem hominem. Si ergo semen
hominis non est susceptibile iusticie prius quam fiat homo non potest suscipere originale
peccatum antequam homo sit. Nempe originale peccatum esse iniusticiam dubitari non debet.
Nam si omne peccatum est iniusticia et originale peccatum est peccatum utiq3 est et iniusticia.
Sed si dicat aliquis non est omne peccatum iniusticia dicat posse simul in aliquo esse
aliquod peccatum et nullam esse iniusticiam quod uidetur incredibile. Si uero dicitur ori-
ginale peccatum non esse absolute dicendum peccatum sed cum additamento originale peccatum
sicut pictus homo non est uere homo. profecto sequitur quia infans qui nullum habet peccatum
nisi originale mundus est a peccato nec fuit solus inter omnes homines filius uir-
ginis in utero matris et nascens de matre sine peccato. et aut non dampnatur infans
qui moritur sine baptismo nullum habens peccatum preter originale aut sine peccato dampnatur.
sed nichil horum accipimus. Quare omne peccatum est iniusticia et originale
peccatum est absolute peccatum unde sequitur quia est et iniusticia. Item si deus non dampnat
hominem nisi propter iniusticiam dampnat autem aliquem propter originale peccatum ergo non est aliud
iniusticia. Quod si ita est et iniusticia non est aliud quam absentia debite iusticie.

No enim videtur esse iniusticia in natura que cum debet habere iusticiam non habet unde originale peccatum excluditur sub eadem diffinicione iniusticie. At si iusticia est rectitudo voluntatis propter se servata nec ista rectitudo potest esse nisi in racionali natura. Ergo ita non est ulla natura debitrix iusticie nisi racionalis sicut nulla natura susceptibilis est iusticie preter racionalem. Quare cum iniusticia non possit esse nisi ubi iusticia debet esse originale peccatum quod est iniusticia non est nisi in natura racionali. Racionalis autem natura non est nisi in natura racionali. Racionalis autem natura non est nisi deus et angelus et anima hominis propter quam homo dicitur racionalis et sine qua non est homo. Cum ergo non est originale peccatum in deo nec in angelo non est nisi in hominis anima racionali. Sciendum quoque est quia iusticia non possit esse nisi in voluntate si iusticia est rectitudo voluntatis propter se servata. Quare nec iniusticia. Non enim vocatur absencia iusticie iniusticia. Nichil itaque propter ipsam iusticiam vel iniusticiam dicitur iustum vel iniustum nisi voluntas aut propter voluntatem iustam et iniustam. Propter hanc dicimus iustum vel iniustum hominem vel angelum iustam vel iniustam animam sive actionem

reddere. Si uero tale impedimtu pcerto nesciat s; leuit ul probabilit

credit. tunc prudentis confessoris consilium debet talem credulitatem temerariam et le
vem deponere et debitum reddere ac etiam exigere nisi prius ante coniugium alter coniu
gio se voto continencie astrinxerit in hoc enim casu iuxta communiore opinionem doctorum
talis nunquam potest petere debitum sine peccato mortali. et ideo bene se videat quanto
periculo se exponit qui post votum matrimonium contrahit. In hoc etiam apparet
quam periculose quidam talibus consulant qui post votum continencie emis
sum contrahendo licenciam seu consilium prestant qui non videntur aliud facere
quam animas occidere et eas diabolo prostituere. Si autem dimissio uxoris fiat
in manifesto hoc non licet nisi auctoritate ecclesie et propter fornicationem tantum que tamen capitur dupliciter
Uno modo proprie puta carnale adulterium. Alio modo communiter puta ipsa heresis
et propter utrumque potest dimitti coniux quantum ad cohabitacionem perpetuam licet differenter
Quia fornicatio carnalis semel facta sufficit ad divorcium nisi alter co
niugum fuerit similiter fornicatus. Spiritualis autem non sufficit absolute nisi
coniux in heresi perseveret. Extra de conversione coniugatorum c. Iterum et in glosa. Tercio
modo dicitur fornicatio commissio scilicet cuiuslibet peccatum mortale et tunc distingue. Quia
vel peccatum unius coniugis est scandalum alterius vel si nitatur alium tra
here ad mortale peccatum et sic talis potest dimitti ad tempus quousque uxor videlicet
licet corrigatur. Aut peccatum unius non est peccatum alterius nec eum nititur trahere
ad mortale et sic non potest eam dimittere. Hec est summa Raymundi seu etiam Hostiensis.
Ut etiam sciatur quando quis peccat si dimissam recipit et quando non. Sciendum est
quod crimen coniugis aut est occultum et sic non potest eam dimittere cum non possit
probare crimen impositum. Aut est manifestum. et tunc distingue. Aut enim adultera
perseverat in malicia et sic tenetur eam dimittere. nam qui talem retinet vel que
dimissam recipit peccat mortaliter quia sic videtur crimini consentire ut
habetur. 32. q. 1. c. 1o. Sicut crudelis est et iniquus qui castam dimittit. sic fatuus
est et iniustus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est qui celat
crimen uxoris. Aut non perseverat sed est spes de correctione vel etiam est correcta
et sic non tenetur eam dimittere immo iuste potest eam recipere. Unde illud quod dicit
Christus. et qui dimissam duxerit adulterat solum intelligitur de illa recepta
ne quando non est correcta. sed in malicia perseverat. Aut etiam quando impedimentum in
venit aliquod vel consanguinitatis vel huiusmodi. Ex premissis patere potest qualiter de

S transgressione illius precepti sit alicui confitendum
Eptimum preceptum est. Non furtum facies. Ubi secundum Augustinum prohibetur
omnis contrectatio rei aliene preuenens ex cupiditate vel iniu
ria proximi dicta. quia contrectatio rei aliene potest licite fieri tribus modis primo

qui non fit ex cupiditate sed ex obediencia sicut fecerunt filii israel auferendo vasa
egiptiorum. Secundo qui fit ex cautela ut si aliquis furetur gladium furioso ne sibi
noceat vel aliis. Tercio qui fit ex necessitate mera ut cum quis ad mortem esuriens
panem furatur quia in necessitate extrema omnia sunt communia. Et hoc preceptum tripliciter
exponitur prout nocumentum quod quis iniuriose proximo infert in bonis suis tripliciter
variatur. Nam id nocumentum vel infertur superioribus vel inferioribus vel et equa-
libus et secundum hoc prima expositio est. Non furtum facies tuis scilicet superioribus et sic contra
illud preceptum peccant sex genera hominum. Primi sunt qui suum plebanum fraudant
in oblationibus et in decimis sibi de iure debitis. Ubi notandum quod integre decimas
dantes a deo dupliciter remunerantur. Primum premium est bonorum temporalium augmentatio
Secundum est sanitatis corporis et anime assecutio et ista duo evidenter tanguntur 16
q. i ubi dicitur. Et si decimam dederis sanitatem corporis et anime consequeris et cum
hoc habundanciam fructuum recipies. E contra integras decimas non solventes
tripliciter peccant. Primo quia deum offendunt ut scribitur xvi. q. i. Decime. Hec enim est dei consue-
tudo ut si illi decimam non dederis tu ad decimam non revoceris. Secundo quia res
alienas invadunt. Nam decime tributa sunt animarum ut scribitur ibidem. Tercio
quia ex morte pauperum homicidium incurrit quia quanti pauperes in locis
illis ubi ipse habitat illo non dante decimas fame mortui fuerint tanto-
rum homicidiorum reus erit ante tribunal eterni iudicis ut scribitur ibidem.
Secundi sunt qui debitum censum furtive subtrahunt suis dominis. Tercii sunt
qui bona feodalia tamquam propria detinent vel qui feodum alicuius in aliud
dominium transferunt vel qui ipsum sine scitu et voluntate domini vere domini
minuunt. Quarti sunt servi et ancille qui res dominorum furtive consumunt vel qui
cum de rebus dominorum tempore iuventutis elemosinas faciunt tales enim a mortali non excusantur.
Quinti sunt uxores que res virorum furtive subtrahunt ut de ipsis contra
voluntatem maritorum elemosinas faciant quod fieri non debet ut scribitur xxx. q. Tua.
Nichil de tua veste vel auro vel argento vel quacumque pecunia vel in rebus
tuis iniusto marito facere debuisti. Fallit tamen hoc in tribus casibus. Primo
si uxor tua fuit lucrativa. Secundo si habuit bona parafernalia de talibus enim
bonis sicut etiam de rebus lucrosis mulieres possunt facere elemosinam sine licen-
cia virorum. Tercio si faciunt etiam sue dispensacioni commissis puta de
pane cervisia et huiusmodi et maxime quando maritus esset nimis durus in actibus
pietatis. Licet enim mulier de rebus sue dispensacioni commissis ex pietate
possit facere elemosinam pro salute viri dum tamen illa sic moderate fiant
quod egestate coniugibus non inducant. Sexti sunt qui theolonia et vectigalia

dinis fraudulenter subtrahunt qui omnes tenentur ad restitucionem. Dum tamen tres
condiciones habeant huiusmodi vectigalia. Primo quod imponantur auctoritate principis. Secundo quod
subsit causa rationabilis propter quam sunt imposita sicut propter pacem facienda vel pro via publica
reparanda. Tertio si sunt moderata quia sic tolleranda sunt. Ex de verborum significatione super
quibusdam ubi dicitur. Illa pedagia guidagia vel salinaria statuas esse inter
dicta que non sunt imperatorum regum vel lateranensis concilii largitione concessa vel
ex antiqua consuetudine cuius non constat memoria introducta. Glosa ante ibidem
exponens predicta vocabula dicit. Quod pedagia dantur a transeuntibus guidagia
dantur pro ducatu. Salinaria pro sale nec etiam predicta danda sunt nisi cum ne
gociationis causa ad importandum etc. De vectigalibus vero iuris hec bene et satis. Vt cum ad predic
torum evidentiam est notandum quod quilibet tenetur solvere decimas nisi se probet ex
emptum et nisi habeat illas in feodo ex antiquo. Ex de decimis cum. Cuius causa
quidam assignant ex hoc quod decime non sunt de iure naturali sed de iure divino
quod probat quia iacob votum emisit de dandis. Votum autem non est de eo quod quis tenetur
de iure naturali. Preterea christus non solvit decimas nec paulus qui ordinavit
eorum ecclesias precepit eis solvere decimas quia etc. Sed dicendum est quod preceptum de solu
cione decimarum partim erat morale quia dictum ratione naturali partim autem
iudiciale ex divina scilicet institutione robur habens. Nam ratio naturalis
dictat ut hiis qui pro salute totius populi divino cultui ministrabant populus necessaria
ministraret. Decimatio autem decime partis id est quod decima decima pars vel decima
decime introducta est ex institutione divina qua dominus mandavit decimam partem
proventuum dare sacerdotibus et levitis ut honorabilius vivent et in quiete
mentis deo servirent et sic erat iudiciale quia pertinebant ad equalitatem
inter homines ad invicem consonanda. Sed nunc etiam decimatio decime
partis solvenda est auctoritate ecclesie que hoc instituit propter quandam ha
bundabilitatem vt scilicet non minus populus nove legis ministris novi testamenti exhi
beat quam populus veteris legis ministris veteris testamenti exhibebat presertim cum
ministri novi testamenti sint maioris dignitatis quam veteris et populus nove legis
ad maiora obligetur. Secundum id Matthei. Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam
scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Sic ergo patet quod ad solutionem
decimarum homines tenentur partim iure naturali partim etiam ex institutione
ecclesie licet in quibusdam terris loco decimarum dentur aliqui census vel alique
decime minute. Secunda exposicio est. Non furtum facies id est nullum nocumentum ex fiori
bus te inferes. et sic contra id preceptum peccant quinque genera hominum. Primi
sunt raptores qui aliena rapiunt et illo peccato participant v genera hominum

alt quant^e

Non solum enim sunt raptores qui aliena rapiunt sed etiam qui papiunt et qui re
sultant et qui eos scienter ad hospicium recipiunt et qui rapta emunt de quibus i
sta plenius dicetur Agentes et consencientes pari pena plectendi sunt. Secundi
sunt inventores rerum quia qui rem inventam non restituit raptor iudicatur
prout legitur vicesima quarta q. quinta Si quid invenisti et non restituisti
rapuisti. Sed de inventione est distinguendum. Aut enim quis invenit thesaurum
in loco sacro vel religioso aut non sacro Si in loco sacro aut hoc est casu for
tuitu et sic thesaurus est inventoris. aut quia studiose quesivit et sic thesaurus
est ecclesie Si in loco non sacro hoc erit dupliciter aut quia invenit in loco proprio
aut alieno. Si in loco proprio aut ipsum invenit arte magica et sic thesaurus
est fisci. aut sine arte magica et sic est inventoris Si aut ipsum invenit in loco
alieno aut hoc est casu fortuitu. aut actu studioso. Si primo sic thezaurus
est medius inventoris et medius domini ipsius loci. Si aut hic fiat inquisicione
studiosa. tunc totus est thesaurus domini ipsius loci. ff. de rerum divisione thesaurus
et c. thesaurus l. xl. nemo prout notant Jo. et assis. Ad hec igitur quod ille
qui rem alienam invenit evadat penam furti debet publice pronunciare quod
ille cuius res sit veniat et si certa iudicia expresserit sibi reddat ~~qui non arbitrio~~
~~rei fuit impositus~~. Tercii sunt qui per indebitas exactiones a subditis bona ex
torquent. Ad cuius evidenciam est sciendum quod censum illum qui non arbitrio rei fuit
impositus sine dolo et fraude integraliter dari debent et si quis aliquid de
hoc subtraxerit peccat mortaliter. Sed hoc distinguendum est. Quia talis census
sive bonis arbitrio rei fuit impositus vel non. Si sic tamen tunc qualiscumque sit ho
minis sive census tollerari debet. et dari debet quia uniusquisque in re sua pt
bonis imponere. Si aut census non sit certus vel etiam si sit certus nescitur tamen
utrum licite vel illicite fuerit statutus sit peccant recipientes quia mala fide
recipiunt et tenentur restituere ut patet per Wilh. et Bn. Ex. de Censibus.
Census enim vitiatur ipse nisi prebeat causam propter quam legitime fuerit in
stitutus. ut dicit Bn. ibi. Innocentius tamen dicit quod licet ignoretur causa census
Si tamen certum sit ipsum ab antiquo deberi solum reddi Ut Ex. de Censibus
quarto. Sciendum tamen quod ultra debitum censum nullus dominus possit extorquere
a subditis sine peccato. Exceptis tamen racionabilibus ut petere moderatum subsidium dum
modo hoc petat sine minis vel coactione directa vel indirecta. Indirecta
est quando dominus cogit subditos vel quando eis iusticiam denegat vel insinuari eis fa
cit quod vult ab eis tantum habere et in tali casu cum peccato recipit et restituere tenetur.
nisi ille a quo recipit esset servus Cum enim illa res sit domini sicut et iste servus.
non tenetur ad restitutionem licet dominus peccet si nimis gravet suos suos

Primus casus in quo ultra debitum censum licet domino petere subsidium moderatum
est pro defensione patrie puta si patria iniuste ab hostibus invaditur tunc enim sub
diti non solum tenentur res suas impertire sed etiam tenentur ad hoc corporali labo
re. Secundus casus est si sit captus in iusto bello. Tertius est si iussu principis ipse
debeat ire contra hereticos vel paganos. Quartus est si debeat filium militare
aut filiam desponsare. In omnibus hiis et similibus potest licite petere a subditis
subsidium moderatum. Sed si dominus vult ludere in alea vel in aliis vanitatibus ex
pendere ultra vires propter tres causas non licet quicquam exigere a subditis sed
si exigerit tenetur restituere. secundum Guillelmum Extra de consuetudine. Quinti sunt qui
propter debita priorum dominorum cives et subditos indebite impignorant amissis rebus prin
cipalium debitorum. Sexti sunt qui mercedem aliorum iniuriose detinent et consuevant. Ubi
sciendum quod iniuriose detinentes mercedem alienam triplex peccant et triplex malum in
currunt. Primum est quod iram dei contra se gravissime provocant quod patet quia id est unum
de peccatis clamantibus et in aures dei clamore divine ultionis iugiter expostula
tibus. Dicitur enim peccatum clamare quia sua enormitate deum provocat ad vindic
tam. Et talia peccata sunt quatuor scilicet oppressio vidue, fratricidium, detentio merce
dis pauperis iniusta et vitium contra naturam. Secundum est quod tales sibi ipsis influxum di
vine pietatis obstruunt. Quod patet per id Proverbiorum. Qui autem suam obturat ad cla
morem pauperum ipse clamabit et non exaudietur. Tertium est quod omne semen di
vine gratie arefacit in anima et desiccat quod patet per hoc quia semen divinum
in cordibus talium cadit super petram quod est cor durum et aridum et ab omni amore
gratie desiccatum et ideo tale semen oportet arescere cum nullo amore pietatis
et gratie valeat humectari. Tertia expositio talis est. Non furtum facies ipsis scilicet
equalibus in rebus suis nocumentum aliquod inferendo et sic contra illud pre
ceptum peccant novem genera hominum. Primi sunt usurarii et tales sunt vel publici
vel privati. Nam publici usurarii plectuntur autem quadruplici pena. Prima est
sententia excommunicationis. Secunda privatio communionis. Tertia exclusio oblationis.
Quarta privatio sepulture quia non debent in cimiterio sepeliri qui contra fecerit
manet suspensus ab officio donec ad arbitrium episcopi satisfecerit. Extra de usuris.
Quia in omnibus. Si autem sunt usurarii privati sic contra id preceptum peccant
quatuor genera hominum. Primi sunt qui prestant cum conditione et pacto
plus recipiendi et isti sunt expressi usurarii. Etiam secundum iudicium ecclesie. Alii
sunt qui prestant sine aliquo pacto eo tamen animo quia aliquid ultra sor
tem recipiunt alias non mutuarent et isti sunt usurarii quo ad deum propter in
tentionem corruptam quam dehortatur salvator Luce vi. Mutuum dantes nichil
inde sperantes. Sed hic consurgit magis duplex dubitatio. Prima est cum lex divina

at lectura methaure

prohibeat et puniat tam animi quam manu quare lex humana solum prohibeat
ipam manu quia solum punit actu et non animu = Secunda e quia cu lex divina
prohibeat omne inequalitate quare lex humana solu prohibz illam q est mag
na et notabilis q prohibz aliquem recipere ultra mediu iusti precii. Ad primu dicendu
q lex humana e quedam regula et mensura humanoru actuu. Mensura autem debz
esse omogenea mensurato ut scribitur decimo ethicorum. Unde oportet q lex humana
conformetur condicionibz hominu quibz datur. Constat autem q lex humana datur
multitudini hominu in qua magna pars deficit a perfectione virtutis ideo lex humana non prohibz
omnia vicia sic lex divina que solu datur perfectis virtuosis sed solu prohibet graviora
a quibz e possibile maiorem partem abstinere multitudinis et precipue illa que sunt
in nocumentu aliorum sine quorum prohibitione non possz humana societas conservari
sicut e prohibicio furti et homicidii et huiusmodi. Et hoc racionabiliter contingit.
Nam lex humana gradatim et non subito inducit homines ad virtutem et ideo non
imponit multitudini imperfectorum ut ab omnibz abstineant malis. Alioquin imperfecti
huiusmodi precepta ferre non valentes in mala deteriora laberentur q satis innuit xpistus
Mathei ix cum dicit. Ne si vinu novum i. precepta perfecte vite mittantur in utres veteres i.
in homines imperfectos et utres corrumpuntur et vinu effunditur i. precepta contempnuntur
et homines contemptu ad maiora mala prorumpunt. Ad secundum dicendu quod lex
quelibz conformatur suo fini. Lex autem divina habet pro fine beneplacitum divine
voluntatis. Humana vero lex habet pro fine civitatis sufficientiam ideo per eam quandam
inequaliter permittit hominibz in perfectis q non multu ab equalitate iustitie exceditur eq civitatum
humane societatis non multu impedit. Lex autem divina q solu intendit rectitudinem virtutis
ideo posuit et prohibz omne illud q contrariatur rectitudini iustitie =
Secunda racio eadem e. Quia lex humana ut visum e datur populo communi in quo mul
ti sunt deficientes a perfectione virtutis et ideo non prohibz omne inequalitate in contracti
bus humanis. Lex autem divina datur tantum virtuosis et perfectis ideo et prohibet omne id
q e virtuti contrariu. Tercii sunt qui mutuant res suas ad certu terminu q vehe
mente nolint prius preterire dilacione donec emolimentu aliquod inde percipiat
licet expresse nichil petant. Quarti sunt qui vendunt res suas longe carius propter
dilacione solucionis quam si eis incontinenti solverent. Hec patent extra de usuris.
Consuluit. Si enim venditor statuat in corde suo pro quanto velit rem suam dare
non potest sine peccato propter dilacione preciu augmentare. Et si precium parata in
digeat potest aliquid propter parato diminuere sed non potest pro dilacione augmentare.
ut patet extra de Empcione et Vendicione Cum dilecti et C. penultimo. Est enim re
gula generalis q quicquid accedit ad capitale e usura ut patet xiiii q. iii in i. et ple
risque. Hoc tamen fallit in certis casibus quos notavit Gamfredus et hostiensis quos hic

emancare non oportet Notandu e etiam q ecclia detestatur usurariu voraginem et
eam restrixit omni quo potuit q patet tu quia publicu usurariu quadrupli
pena punit tu etia qa contra ipo solucione multiplex remediu adhibuit q
patet. Na si aliquis promisisset usuras solue non debet cogi ad soluendu Cu
usure sint indebite. Ex de usuris. Debitores. Si aut aliquis iuravit eas
soluere sic habz duo remedia scdm iura Primu e q faciat cogi creditore q relaxet
iuramentu vel q desistat ab actione ff de iureiur. C io Tu es. Scdm e q p9
solucione pt eam repete Si aut iuravit solue et no repete tc tn hz duo remedia pmu e
q pt iudici denunciare et iudex ex officio suo pt illu coge ad restituendu Scdm e q pt i
coge ad relaxandu iuramentu Ex de iure iurado ad nraz Si tn iuravit solue et ty b no
repete nec denunciare sicut e illicitu iuramentum nec obligat ad suandu Ex
de Cognacione spuali Anobis. Scdi st sacrilegi qui rem sacra furantur
sive auferunt de loco sacro sive no sacro. ut patet xvij q iiij. Quisqs. Et tales f
tum pprie di sacrilegiu q etia committ cu quis facit iniuria clericis vel p
sonis ecclasticis eos s. detinendo vel res ipoz auferendo tales em sacrilegi
sunt excommunicati ipo facto et privati sacramentoz pceptione. ut patet in ex q.
Tercij sunt qui nocumentu inferunt rei publice puta monetas falsificando i
pondere vel valore. vel conuenem exactione diminute soluendo vel etia argentu
semiplene depurando et generaliter omes qui in mercaturis in numeris pondera
et mensuras falsificant Dicuntur fures rei publice ff de contrahenda emptione
lib io et tales fures exuruntur in aqua bulienti. ff. de falsariis monetariis lio xo
Nec talis moneta reprobata liberat soluentem. ff. de pignoratoe. Elegat et id patm re
probatur. pvb Pondus et pondus mensura et mensura utrumqz abhominacio
e apud deu. Quarti sut qui vendunt venenu mortiferu vl gladios toxica
tos seu taxillos. flos. qui etia dicuntur fures rei publice et tales sunt rei
omniu sceleru que peptores ppetrant illaru reru. ut patet xi q iij Pape
Et hoc tenendu e potissime. qn talia vendunt intencione pvisa et de illis
rebus que no pnt ee vales ad humanu usu ut de veneno mortifo et huius di
Quecunqz aut res ad humanu usum venire pnt puta baliste et arma iust
to bello talia licite vendi pnt que tn vendi no deberent ei de quo posset
probabilit conuici q talibus vellet abuti. Quinti sut qui plura beneficia
curata simul tenent vel se no faciunt statuto tpe ad ordines pmoveri ta
les ei dicuntur fures rei publice no solu quia furantur et male s usurpant
bona illa que sut p bono comuni fideliu deputata verum etia quia dd fu
rantur animas fideliu. quia eos decipiunt et i absolucionibus sacramentali
bus deludunt q veru e si sunt pcipue commoniti ut talibus beneficiis cedat

vel si sunt pprm priuati Sz quadiu epi cles paciuntur tuc subditi ppos mar
dispendium no mcrunt. h probantur Ex. de electione. C. cu i cunctis. z C. Quodu
z Ex. de prebendis C. de multa. Sexti sunt qui furantur pecora hom q furtu
pprie dicitur pecor abigeatus vl eciam qui scienter pecora morbosa vendut
De quo nota q no tantu ille qui furatur pecora. s3 etia qui scienter vendit
pecora morbosa dicitur fur et tenetur ad intee intra rem et extra re q vt ple
nius itelligatur. Sciendu q illud d itee intra rem vt si ipsum animal pit
Sz extra rem ut si aliqu pecora peunt ex contagione morbosi pecoris ut not
Azo et Hostien. Si aut morbosum pecus quis vendat ignoranter tunc tene
emptori ad itee q to minor emptur erat. ff. de act oe empti Julianus. Venditor
eni cuiuslibz animalis debz prestare animal sanu potens comede et bibe. C. de
Emptione z venditioe L. Emptor. Septimi sunt artifices qui opera sua
fraudulenter faciut. vel qui i diuersis mercaciouib hoies decipiut malu
p bono vendentes contra quos pp heta i vehitur ita dicens Ve qui dicit
malu bonu et bonu malu. ubi cles raro dormiunt n admi septies i die p
ximu decipiut. De quib apte scribitur Job. Pane impietatis comedut z sop
nus no capitur ab eis nisi supplantauerit. Octaui sunt qui mala fide fa
ciunt hominem incurre dampnu sicut qui incitant hominem ad ludu alee
de cuius euidencia tria sunt p ordine declaranda. Primu e q pctm sit ludus
alee et taxillor. Scdm quid sit iuris de eo q p ditur i alea puta qn et q ib
psonis sit reddenda pecunia que i ludo acquiritur vl p ditur et qn no. Tc
ciu e qualit et quales ludi pnt ee liciti et fieri sine pcto mortali. pmi
primu e sciendu q quatitas peccati i talib ludis pt colligi ex nouē cir
cumstancijs quar quelibz e peccatu mortale. quas enucat Hostien. de ludo alee c. i. o
Prima e desideriu lucrandi. Et hec cupiditas q est radix omni malor vt d
i. Thi. c. Scda e voluntas spoliandi pximu. et hec rapina. Tcia e psura
maxima q attenditur no solu i anno vl i mense. s3 i eade die. Ex. de excessi
bus prelator. Inter dilectos. Quarta e multiplicia mendacia et vba vana
et ociosa que i talibus ludis frequenter contigunt. Quinta e execrabil iuracio
et blasphemia que i talib ludis frequenter i deu vl sctos refundit. Et hec heresis.
Sexta e corrupcio proximor qui ad ludu respiciendu de consuetudine mala q
veniut. Septia e scandalu bonor q expedicis q dicitib nephadis tenet. Octa
e contemptus prohibicionis sce matris ecce. Nam glosa dicit q huiusmodi ludi
sunt prohibiti et no tm dissuasi. Nona e amissio tpis et omni bonor que
illo die quis fac potuisset. pmi scdm e sciendu q scdm leges id q p ditur i
alea solui no debet et si solutu fuerit repeti pt vsq ad quinquaginta annos. q.

Devsu alee Ludus Sed hoc intelligit Raymundus et G. wilh. de eo qui no lu
dit voluntarie sz coactus Si ei ludit voluntarie tunc illud qd perdit no pt
repete sz sedm preditos debz paupibus erogari. Qd aut dicit Bn in Glosa qd hc
debet restitui pt itelligi de eo qui non ludit voluntarie sz attractus siue coactus
Po at quae nullus retinere debz qd in ludo acquirit h e. Quia ludi alee et taxillo
lz sint prohibiti p leges et iura scripta et io in talibus rebus aquisitis desicit
bonus titulus et bona fides et iusta causa ex quibus homi i nascitur licita
possessio rei. Pter tertiu e sciendu qd ludus alee dicitur omnis ludus qui i
nititur fortune et ad hc qd aliquis ludus sit licitus iiij requirut. Pmo congrui
tas psone. Clericis ei i alea ludere no licet qr publicus aleator repellitur
a dignitate non obstante co suetudine Ex de excessibus plator. Int dilcos
Et talis deure depoi pt si se no correxerit xxxv. q iiij Si quis. Scdo requi
tur congrua materia vn zpotu et huiusdi ludi pt. Tcio requirit congruitas
mensure vltra ei vnu solidu ludi no pt. Et si quis illu verberauit i cuius
hospicio lusum e i alea p aliquo magno. vel si aliquid e subtractu fuerit
iudiciu ei no datur. Sed hc intelligit vt dicit Azo de illo qui consueuit ludo
res recipere causa sui emolimti secus si aput aliquem incidenter ludatur
Quarto requiritur congruitas tpis vt qd no ludatur tpe luctus vl pnie
vel comunionis. Quinto requiritur qd no faciat contra lege ludi ut qd no
male coputet n etia ludente puocet. put h notantur. c. de vsu alee.
Dicitur ludus. Nono sut qui se furibus associat z sic ipm pti ciuis fuit reus pci
capa comitti noue modis put sz ix pcta aliena. i quibus h reus efficitur
crimis alieni et se furi associat iuxta illud ps. Si videbas furem curre
bas cu eo Pcim eni alienu. Primo comititur consenciendo et hoc sit quatuor modis
scdi quadruplicem consensu qui ponitur Ex. de Officio delegati c. i. vbi d
Facientes et consentientes pari pena puniendi st. Pmus e consensus ne
gligentie vel dissimulationis vt si aliquis ex officio suo debet et pt spo
lia prohibere et no cauet talis dicitur spoliator. sed no tenetur ad restitutionem
sz debz illu cogere qd restituat qui spoliauit Si tn aliqd emolimetu propter
de tali dissimulatione tuc tenetur ad restitutione Scdus consensus e consi
lii et psuasionis. Et hic distingue. aut ei predo vel fur hoc facturus erat
sine consilio et sic minus peccat. quia faciens et sic no tenetur ad restitu
tione. Aut ei erat facturus cu consilio sic e par delictu facientis et co
sentientis. ff de furtis. Qui suo et talis te ad restitutionem. Tcius e coopationis qsi qz eqlit
peccat faciens et consentiens. et equaliter punitur ff de furtis. L. vulgaris
vbi dicitur Si duo vel plures vnu agnu furati sut que siguli tollere

non potuerunt omnes furti tenentur ad restitutionem i. ad solutionem sed si unus
potuisset furtum fecisse sine alio tunc quilibet tenetur solvere pro parte illum contingente
= Quartus consensus est auctoritatis et defensionis ut qui mandat fieri furtum
vel qui factum defendit et talis plus peccat quam faciens et tenetur ad res
titutionem = Quinto committitur peccatum alienum partem capiendo ut qui inde
comedunt et bibunt. vel qui pro suis debitis furtum et rapinam capiunt
scienter tales tenentur ad restitutionem partis quam habuerunt Sed dices
Quid ergo faciet uxor raptoris et furis sic ne comedere de rapina vel furto
Ad quod dicendum. Quod si maritus habeat aliquid de iusto de illis rebus mulier
debet separatim expendere et victum sumere Si vero nichil habeat nisi de rapina
vel si sit ibi aliquid de iusto hoc tamen ita permixtum est quod discerni non potest tunc mulier
secundum doctores non debet de rapina vel furto comedere sed aliunde victum
querere vel a consanguineis vel amicis vel labore manuum vel etiam que
do elias hostiatim ut dicit Host. Si autem maritus sit ita malus quod
cogit eam vivere de rebus raptis nec possit ipsa aliunde victum acquirere
tunc ne fame moriatur restat ei triplex remedium Unum quod vivat de dote
et sponsalicio. Nam ut dicit glosa in hoc casu recuperare potest dotem etiam con
stante matrimonio = Secundum remedium est ut denunciet episcopo qui potest compellere
maritum ut pascat uxorem de iusto 2 q. 1. Si peccaverit vel committat eam
alicui persone honeste que de honesto lucro sibi provideat Extra de pignora
tibus et litteris. et de dote post divortium restituenda Per vas = Tercium remedi
um est si sit tam in arto posita quod de nullo alio sibi victum possit invenire tunc
posset vivere de rapina quia necessitas non habet legem et propter quod sic expe
derit dolenter sumat et utatur quia parcius possit ad sublevandam sola
necessitatem et proponat firmiter restituere quanto citius poterit quicquid inde
consumpserit. Sed quando tamen uxor tenetur viro debitum reddere in casibus supra
dictis recommisso Est tamen sciendum quod quamvis uxor de ove vel bove vel de al
tera re rapta in specie comedere non possit extra casum ultime necessitatis si tamen res
sit empta de re rapta poterit inde comedere etiam sine casu ultime neces
sitatis Cuius racio est. Cum enim res rapta venditur tunc in precio dato vicium furti
vel rapine purgatur per hoc quod emens voluntarie dando transtulit dominium
illius rei unde id precium licite potest ab eo recipere quilibet nec tenetur restituere
Quidam tamen magni doctores dicunt quod uxor licite potest uti illis rebus sic per
mixtis dum tamen in mente habeat quod libenter vellet vivere de licitis acquisi
tis. Sexto committitur peccatum alienum tacendo ut qui solo verbo posset prohibere
furtum vel defendere possit ne alii raperet vel ne clericum paciens sunt etiam certo =

nunciati. Sed hoc verum intelligit de illo qui ex officio tenetur talia defendere alias non
vel etiam de illo qui tacet in seo modo vel in civili iudicio ubi talia malefacta in
to debent publicari. Septimo committitur peccatum alienum adulando vel detra
hendo ut si quis dicat alicui potenti quod rapere sit strenuitatis vel dicat illum
esse dignum spoliatione. talis enim adulator vel detractor tenetur ad restitucionem
si ille alias non fuisset facturus spolium ut patet xi. q. 3. Nemo. Sed sciendum
quod est triplex adulacio Prima est attribuendo alicui bonum quod habet Secunda est ex calore
nimis extollendo bonum quod habet et utraque est peccatum veniale licet secunda sit gravius
primo. Tercia approbando malum quod facit et hoc est peccatum mortale ut patet dis
tinctione xlvi. Sed non multi. Octavo committitur peccatum alienum hospicio collige
ndo et occultando qui enim furem non indicant domino querenti rem participes fur
ti fiunt. Ex de furtis. Cum in fure. Sed hoc intelligendum est de illo qui furem
non vult prodere ut particeps furti fiat. Nono committitur peccatum alienum
emendo ut qui emit rapinam vel furtum sed circa hoc distinguere oportet
Nam ille qui rapina vel furtum emit aut intendit gerere negocium al
terius cui res est ablata et sic potest petere precium quod det ei expensas quas circa
illam fecit. ff. de re. vendicatione. domus. Aut intendit gerere negocium proprium
puta quia emit ut retineat. Aut ergo emit fide mala aut fide bona Si fide
mala si scivit vel probabiliter credidit esse furtum sic emptor gravatur sex mo
dis. Primo semper tenetur reddere etiam si aliter moriatur vel violenter auferatur
Inst. de usu capione. In rebus furatis semper fur tenetur reddere decem fur
tivo nisi in uno casu puta. Si rem obtulisset domino tempore vel loco congruo
et de illo noluisset recipere tunc purgasset moram. ff. de condicione furtiva
ire furtiva. Secundo quia tenetur reddere omnes fructus inde perceptos
vel qui medio tempore percipi poterant. Tercio quia res estimanda est secundum
optimum eius statum. puta. si res tempore vendicionis fuisset melior quam post ea
ff. De furtis de re furtiva. Quarto quia non potest de iure repetere precium quod
dedit. Quinto quia non potest agere contra venditorem de precio soluto. obstat ei enim
turpitudo sua nisi de hoc expresse sibi caverit. x. q. 4. Hocius. Sexto quia perdit
etiam expensas voluntarias. q. de infantibus et sagis. Si autem emit bona
fide puta si probabiliter credidit rem esse iustam sic bona fides quatuor sibi
confert. Primo quia non tenetur rem restituere durante bona consciencia. i. bo
na fide. sed si postea scivit rem esse furtivam tenetur eam restituere et fructus
extantes sed fructus consumptos non tenetur restituere. Secundo quia potest rem alienam
revendere durante bona fide. sed si aliquod lucrum ex vendicione furti consequitur
sit illud debet reddere domino postea venienti ff. de condicione indebiti verbum non

Tcio quia rem no tenetur restituere i casu fortuito durante bona fide si ei res i
terim pereat absq culpa sua i nullo tenetur dno rendere. Quarto q p9 restitu
tione rei pt agere contra venditore de pcio q dedit dum mo rem restituerit pu
dicio. Vn valde cautu e ptene i talib ita q emptor dicat dno rei q ipm
trahat ad iudiciu et p9 quia emptor citatus fuit denuciet venditori q veiat
et defendat rem s venditam et si tunc res ab eo alienatur venditor tenet
ad alienatione nisi emptor fuisset absens p contumacia tpe sine date vel
nisi p iniuria iudicis sua lata fuisset. Ex de emptione q vtimur. Si aute
extra iudiciu restituat tunc venditor melius tenet s restituere preciu i foro pe
nitenciali licet p iudiciu fori ad hoc cogi no possit. Et hoc eciam e veru qn
raptor abstulit rem iniuste puta i bello quod faciebat de i iustu. Sed si
sat bellum iustu fuisse tunc no tenetur restituere rem emptam. Si aut p
babilit credit bellum iustu fuisse puta q viam vel eciam sapientes hc
dicunt sibi bona fides confert s quatuor supradicta. Sed si pos tea
sciunt bellum fuisse i iustu tunc tz restituere rem et fructus extantes
no aut consumptos. Est aut vna regula notanda i omnibus supdcis noue
pcis. Nam quicumq fuit causa tocius spolij vel alterius dampni talis tenet
ad soluendu alias no tenetur nisi de parte percepta. Et si res ista vendi
ta fuerit tunc no tm te soluere iustu preciu rei ymo eciam totu soluere te
et sic omnes socij liberantur. Eciam si quis i solidu fuisset obligatus et tn
facta e solucio debz cedere accionem ei qui soluit. ff. de exmp. Si plures Ex
predictis eciam patet qualit sit confitendu de transgressione hui9 septi pcepti
Octauum preceptu e. Non falsu testimoniu dices
O Vbi scdm augn prohibet ome nocumentu quo quis p falsitate ois ledit
proximu. In scdo aut pcepto prohibet mendaciu falsitas i v dei prout
cadit i nupio proximo. Ad cuius materie euidencia e sciendu. Pr q scdm Aug9 no
solu prohibetur mendaciu s eciam ome oris nocumentu. Mendaciu eciam no
solu committit scdm Aug9 in verbis falsis veru eciam i opibus simulatis q scdm
ipm. Mendaciu e xpianu se dicere et opa xpi no facere vt he xij. q. 1. Caue
Ideo pmo e notandu quo fiat huius mandati transgressio i vbis mendosis
Scdo quo fiat eius transgressio i verbis proximo nociuis. Tcio quo fiat
eius transgressio i factis simulatis et scdm ista tria preceptu istud ht triplice i
tellectum ut videbitur i processu. pp pmu e sciendu q i vbis mendosis istud
preceptu transgrediuntur noue genera hominu quorum tria offendunt i mendacio
pniciosos. tria i officioso et tria i iocoso q patet. Nam tria mendaciu pniciosum
sunt pmo offendunt illi qui mentiuntur contra fidei veritatem vt qui diceret

xpm non ee natum ex maria virgine z huiusmodi. Secundo circa hoc offendunt illi
qui p mendaciu offendunt pximu fama et honore sicut e mendatiu false de
tractionis uel falsi testimonij i ca criminali. Circa maiore euidencia est
sciendu. Qz omne mendaciu q in iudicio dr de hiis que ad iudiciu ptinent pt
iocosum e pniciosum z mortale quia subuitat veritate iudicij q cedit in pnicie
uiciem totius comunitatis. Ex quo patet q siue iudex siue testis siue reus
siue actor vel etia pcurator i iudicio falsum dicunt. iudex quidez flsam
sententia pferendo pcutitur vo flsam tam defendendo istud preceptu transgrediuntur
et mortalr peccant z tam iudex qm testis z etia aduocatus tenetur ad restituere illi q iniuria
passus e. imo secundo iura falsus testis i famis efficitur vt patet z q. v. Co
statuimus et hoc verum e si sna lata sit contra eu. alias no vt dicit Jo ibidem
Sciendu etia q falsus testis mortalr peccat no solu mentiendo z vita
te negando s etiaz veritate occultando. Ex decretis xi. q. iii. vbi dr
Vterqz reus e et qui veritate occultat et qui mendaciu dicit q i telligitur
de teste i iudicio requisito vt dicit Job xi. q. z. Quisquis. Tercio circa ide
offendunt illi qui p mendaciu pximu ledunt i rebus exterioribus sicut illi
qui false deferunt aliquez iudicia vel tyranno vel qui flsm testimoniu
contra aliquē i causa pecuniaria deponunt e x quibus pximus dampnificatur
Secundo circa mendaciu officiosum. pmo offendunt illi qui ex quadam pie
tate mentiuntur p conseruanda vita pximi vt si quis videat hoiem qui
ad morte dicat se non vidisse eu. Secundo circa hoc offendunt illi qui me=
tiuntur pro osuanda cotinentia bonus vt si virgo volenti ea deflorare
mentiatur se ee coniugem. Tertio circa hoc offendunt illi qui mentiuntur p
consuanda bonu exteriori suba vt si quis videns predone velle aliq
spoliare dicat Parratis e quia no portat pecuniam. Circa mdaciu etia
iocosu pmo offendunt illi qui mentiuntur p releuamento merore et tedio sicut
illi qui aliqua ludicra fingunt ut hominem melancolicu exhilaret. Secundo
circa idem offendunt illi qui mentiuntur p aliorum solatio. sicut illi qui ex
cupiditate aliis complacendi fingunt aliqua iocosa mendacia vt eos ad
risum pmoueant. Tercio circa ide offendunt illi qui mentiuntur ex adulatione
iocosa sicut illi qui flse comendant hominem ut ex hoc magis placeat
Vn ad maiorem euidencia pdictorum tria sunt p ordine i quirenda. pmu e q
et quot sint gna mendaciorum et q'd eorum sit veniale et q mortale. Secundum e
vtru pter liberacione hominis a quocunqz periculo sit dicendu mendaciu offi
ciosum q e veniale. Tertiu est quo antiqui patres puta Abraha Jacob q
videntur fuisse mentiti a mendacio excusentur. Ad pmu dicendum q Aug. libro

de mendacio distinguit octo genera mendaciorum que tamen omnia comprehenduntur sub
vna distinctione generali que ponitur vicesima ij q. ij. c. quita que dicis est. Nam me
daciorum aliud est perniciosum siue malignitatis aliud iocosum quod est leuitatis. ad
officiosum quod est pietatis. Sub mendacio perniscioso comprehenduntur tria prima genera
mendaciorum et illa semper sunt mortalia quod patet quia primum directe contrariatur
dilectioni dei. secundum autem et tertium contrariantur dilectioni proximi vt patet ex
supradictis. Sub secundo autem scilicet iocoso continentur alia duo puta quartum et
quintum mendacium que de genere suo sunt venialia licet ex circumstancia aggra
uante quandoque possunt fieri mortalia vt si quis libidine mentiendi sibi finem
constituat vel huiusmodi. Sub tertio autem scilicet officioso continentur sextum septimum
et octauum. Et licet secundum se semper sit veniale perfectis tamen qui renunciauerunt po
ppis seculi secundum Johannem efficitur mortale. Cum videtur concordare magister finarum
dicens. illud mendacium quod fit pro commodo alterius perfectis dicitur dampnabile
et idem dicit de mendacio pernicioso sed id non est verum proprie loquendo secundum sinam
theologorum. Quia nec perfectio status nec iteratio actus mutant speciem
peccati. unde illud quod est veniale in laico non potest esse veniale in clerico vel religio
so proprie loquendo nisi forte propter scandalum quod mendacio interdum annectitur. Iteracio autem
actus non facit proprie peccatum mortale licet ad hoc disponat et sic potest intelligi
dictum magistri quod mendacium iocosum vel officiosum est dampnabile perfectis non quidem
per causam quia causat peccatum mortale sed solum dispositiue quia iteratum ad mor
tale disponit. Ad secundum dicendum quod propter liberationem hominis a quocumque periculo non
est dicendum mendacium officiosum quia secundum Augustinum Non sunt faciendi mala vt
eueniant quecumque bona. Constat autem quod omne mendacium cum sit malum secundum se
numquam potest aliquo excusari et ideo mentes perfectorum tanto amore debent in verita
te fundari quod numquam vel leuiter mentiantur pro quocumque periculo euitando Nam
secundum Augustinum In hoc casu non est mendacium sed veritas prudenter celari potest sub
tanta verborum dissimulatione vt docet Augustinus de vera religione et in quominibus sicut Gy vi d.
Quod abraham vxorem suam asseruit esse sororem sua veritate prudenter voluit
celari non mentiri. Soror enim eius dicitur potuit quia filia fratris erat ut ipsemet abraham
dicit xx° genesis. Ad tertium dicendum Augustinus in libro contra mendacium. Nam ut ipse dicit In
telligendum est patres sanctos illa verba dixisse non intentione fallendi
sed figuraliter et prophetice. Nam abraham excusatur cum dixit se reuersurum cum puer
ro vel quia prophetice hoc dixit vel quia sciuit vel firmiter credidit quod deus eum in mortuum
to suscitaret sciens promissionem diuinam cessari non posse ut supra dictum est
In ysaac vocabitur tibi semen vt patet xxi q. ij. c. Abraham. Jacob etiam di
cendo se primogenitum non est mentitus quia non dicit se primogenitum iure naturali

s; iure creaciomis et legittime generacionis. Similr etia xpus Johanni dixit Heliam
non psone veritate s; virtutis imitacioe vt patet vicesima ·2· q· i· ppt sedm e sa
cerdociu. q· i verbis primo nocivis offendit duodecim genera homi quorum prima
sex ledunt fraterna fidelitate · alia sex ledunt fraterna caritate q̄ pz · Na
primi sunt qui ledunt proximu deridendo et subsannando qui verem de
bent illud | Subsannans subsannabitur et deridens deridebitur · Scdi sut
qui bona dicta vel facta proximi conantur diminuere et ea pudicitu teme
rariu pervertere q̄ e magnu pctm quia p hoc ho vsurpat s divinu honore di
vinam sapiam et divina iusticia qz p hoc ho cone preditor soli deo conuet
q̄ sit arbiter et cognitor secretorum q̄ isti temerario iudicio s vsurpat · Tercij
sunt qui falsa pdicioe quandoqz sub specie amoris proximu latenter tradunt et isti
sunt similes iude qui postulu sub specie amoris xpm familiaritr prodidit
· Quarti sunt qui p invidia denigrant fama pria Scilicet detractores pctm ois
pp excessum tn terminis istis pais ois no nominatur que sut mio duode
cim s; sub homicidio repomr ut visu e supius · Cuius ro e · Quia sicut vip
pera vno flatu tres homines occidit ita tria homicidia spualia i vna detraccoe
committuntur Nam detractor seipm et audiente et eu cui detrahit vt frequens
i mente audiencium spualiter occidit | Quinti sut qui proximu convicijs et opprobrijs
conturbant et isti spualiter i facie xpi spuunt et sputis vborum suorum amabi
lem eius faciem inficiunt · Sexti sut qui p livore et arrogantia proxim indebite
reprehendunt et isti omes ledunt fraternam fidelitatem · alij aut sunt qui impug
nant fraterna caritate Quorum primi sunt qui proximu verbis duplicibz de
cipiunt pretendendo amore i facie s; gerendo livore i corde De quibz dicit ppheta
Labia dolosa i corde et corde locuti sut · Dolosus ei cor mellitum gerit i ore
s; cor felleu abscondit i mente | Scdi sut qui proximu verbis rixosis ad ira
cundiam provocant que quide verba rixosa tria mala causant i hoie Primu
e q̄ p verba rixosa pax cordis tollitur et sepna dileccio minoratur Scdm est
quia tales rixosi consueverut ee mete obstinati quia nec suis nec alijs
doctoribz volut dirigi nec p suis defectibz reprehendi Terciu e qz p nimis obstina
cione magis i suis defectibus i sistatur et plus i termis peccatorum nexibus constri
gitur Tercio ondit pphia loques de mente obstinata · Fiat iquit ei sicut ves
timentu quo opitur et sicut zo · q · s · precingitur iquo evidet ondit q̄ tales obstinati et
peccandi co suetudine peccatorum nexibus plus ceteris costringuntur Tercij sut qui vbis peccan
tibus et lascivis proximu lascivant et scandalizant et mtis integritate corrumpunt
q̄ quantu sit pctm ondit domin9 mt vbi docet Oculu dextru manu et pede eru
endos et abscidendos pp ter scandalu evitandu · Na p oculu dextru i telligit

ille qui nos i actibus spualibus dirigit pmanu mte i e qui nobis i pmauo
nativitatis intendit pedem rew ille qui actus nros disponit exteriores et quilz
istor quatuorq; sit nobis nativus prius tame amor e pp scandalu abscide
dus = Quarti sut qui discordia inter homines seminant qr pacem iter omnia
alia dns maxime detestatur sicut et iordiu unitate maxime delectatur.
unde isti revera plus xpm pturbant qua ille qui lancea latus eius ape
ruit et etia qui xpm cruci clavis affixit. Cuius ro e. Qua tales eius sag
wine evacuant pque omnia pacificavit sive que icelis sive que i terris
ut scribitur = Quinti sut qui malis consiliis hominem ad pcam inducunt =
Sexti sut qui salubre consiliu et cetera opera pietatis proximo subtrahut
sicut no corripere deliquetes non sedare lites no instruere ignorantes z huiusmodi
Ppeta m pn le e sciendu qr i factis simulat offendunt duodecim gna homi
Quorum quatuor genera homi offendunt sub specie simulate scitatis. quatuor
sub spe veritatis et quatuor sub spe i e iusticie z equitatis. Circa primu
e notandu qr primo offendunt i digne comunicantes Na tales deo iniuri
am faciunt maiore qua iudas q ipm prodidit qr patet. Quia castru dei
s. mentis puritate i qua deus maxie delectatur hostibus tradunt et xpm du
decordis hospicio turpiter eiciunt ppter qr tales p sumptione sacramta nec
i gratia nec i virtutibus fecundantur s; ipecis potius obdurant qr apte
figuratu e in manna celesti qr liquefiebat ad sole et durescebat ad igne
i quo designatur qr mens que cu devotioe et puritate ad sacramntu acce
dit i donis et graciis fecundatur que vo cu cupiditate z ardore concupie
scencie inpetus p substractione gracie i duratur = Scdo circa hoc offendunt i
devote orantes quos isaias reprehendit cu dicit ppls hic labiis me honorat
cor aut eorum longe e a me Unde tales effectu orois se pivant et deo nausea
generant qr oracio tepidi cordis abhominatur Apok tercio. Utina frigidus esses s.
ponis concupie repressione aut calidus pcaritatis s. inflamatoe s; qr tepid
es s. pacidia iapia te evomere ex ore meo. Tercio circa hoc offendunt iis exps illis actibz spla
teles utiq; s bingunt naufragio ppe coplacencie z cu hoc deo pmat no boni conitu
a sposa i cant s; vl mirat z felle cu iudicis. Circa h offendunt q laude huiaz vl volunte
ppria in bonis actibus expetunt qui omis actus virtutu inseparabiliter corru
punt quia nullus actus e adeo virtuosus qui etia i inanu digniet si in ipso
coplacencia ppria vel laus humana seu terrena comoditas intendatur z ista
ptale oplacencia z ot velia do faciunt e arbor bone volutatis pdiviam gracia
i homine plantatam violenter evellunt et i ortum diaboli reponunt / Circa
scdm modum sub specie s. simulate veritatis primo offendunt illi qui ex huiao

timore retrahuntur a libera veritatis confessione secundum quem modum discipuli an
tequam essent per gratiam spiritus sancti confirmati a christo fugerunt ubi beata virgo maria
sola immobilis persistit Unde dicit Anzhelmus Quod sola fides ecclesie in maria per triduum
inconcussa remansit cum alii discipuli in fide lapsi essent et per hanc hanc prerogativam promeruit quod sicut eius filius est totius nature humane reparator ita ipsa a tota
natura feminea triplicem defectum exclusit et eam in super perfectione singulari super
omnes viros ineffabiliter sublimavit quod patet Nam natura feminea est fragilis
ad resistendum mollis ad perseverandum et parum ydonea ad consulendum Ideo
vulgo dicitur Quod femina cito consulit sed raro melius eligit Hunc autem triplicem
defectum beata virgo a natura feminea abstulit cum eam super virilem perfectionem dis
cipulorum christi singulariter sublimavit quod patet Nam intollerancia passionis
et inconstancia fidei et dilacionis et in prospicacia noticie iudicium et electionis ipsos discipulos
a christo electos incomparabiliter excessit quod patet ex hoc Quia discipulis pre timore
mortis fugientibus et in fide vacillantibus ipsa inconcussa persistit Et omni
tamen semper melius elegit quod evidenter patet ex hoc quod salutem humani generis passi
onem sui filii pelegit magis volens ipsum acerbissima morte pati quam genus hu
manum non redimi Secundo contra hoc offendunt qui sub specie zeli virtuosi alios acriter
reprehendunt cum tamen hoc multotiens magis ex odio et livore quam ex caritate la
tenter procedere videatur Tercio contra hoc offendunt qui ex amore privato excessus
aliquorum excusat vel attenuat aliorum autem excessus tamen magis aggravat quod oportet
tet Quarto contra hoc offendunt qui simulate et ficte proximorum prosperitatibus congau
dent vel ficte ipsius in adversitatibus condolent quam quidem fictionem dominus abho
minabiliter detestatur Contra tercium modum sub specie vel simulate iusticie primo
offendunt illi qui iusticiam vendunt sicut mali iudices et mali advocati quia
nolunt facere vel defensare iusticiam nisi pro emolimento terreno Secundo contra hoc
offendunt illi qui iusticiam depravat sicut malus iudex qui ex odio privato
non ex amore iusticie reum condempnat qui utique ex hoc reatum homicidii incurrit
vel malus advocatus qui scienter malam causam suscipit defendendam quod
tenetur illi ad interesse contra quem advocat Tercio contra hoc offendunt illi qui
malis consiliis et iniquis statutis proximos ledunt et ecclesias mortaliter peccant et
tenentur ad restitutionem illis quos per talia statuta dampnificant non talia statuta vocantur non leges sed magis
iniuriose machinationes Lex enim secundum Isidorum debet esse talis quod communi bono proficiat
at unicuique sua iura conservet alias non dicetur lex sed potius corruptela
In hoc etiam peccatum incidunt qui religiosis et christi pauperibus detrahunt vel
qui alios ab eorum beneficiis avertunt dicentes ipsos aliorum elemosinis non indigere
cum ipsi magnas structuras faciant qui non advertunt cum quanta penuria et

paritate victus et vestitus hoc faciunt et qui sincero affectu dei honorē quiet᷑ statum deo famulantiū in talibus intendunt Quanto tamē hec offendunt qui contra libertatē ecclesiasticam aliqua edicta scienter faciunt vel statuunt et hec fit tribus modis Nam privilegiū ecclesiastice libertatis consistit in tribus Primū est quod clericus verberari non possit vnde qui hoc fecerit vel fieri mandauit vel etiam faciente prohibere non prohibuerit excommunicatus est ipso iure Secundum quod clericus ad iudiciū ciuile trahi non potest Tertiū quod clerici ad exactiones publicas non sunt obligati vnde si quis statuerit quod clerici possent in iudicio ciuili conueniri vel etiam prohibet directe vel indirecte quod clericus causam suam in foro ecclesiastico prosequi non posset vel quod debeant dare exactiones vel tenere vigiles pro custodia ciuitatis talis ipso facto sentētiam canonis incidet Ex de sen. excommunicationis Ex predictis patet qualiter contra istud

minem Quod ex genere ade et de uirgine femina deum oporteat assumere ho
mine(m) Quod n(ecess)e sit v(er)bum solum et hominem conuenire in vna p(er)sona Quod idem
homo non ex debito moriatur et quo(modo) possit uel no(n) possit peccare et cur ie
angelus de sua iustitia laudandus sit cum peccare no(n) possit Quod moriatur ex sua
p(otes)tate et q(uod) mortalitatis no(n) p(er)tineat ad pura(m) homi(ni)s natura(m) Quamuis in
comodi(tat)u(m) nostr(orum) particeps sit miser ta(men) non sit Quod cum aliis infirmitatib(us) nostris
ignoranciam no(n) habeat Quomodo mors eius p(re)ualeat nu(mer)o (et) magnitudini peccator(um) omni(um)
Quomodo deleat mors eadem p(ecc)atatricem assumpsit hominem sine peccato et de salua(ti)o(n)e
eve et ade Quomodo no(n) sit n(ecess)itas uel i(m)possibi(li)tas et q(uod) sit n(ecess)itas no(n) coges
Quomodo vita xp(ist)i soluat deo p(ro) p(ecc)atis hominum et quo(modo) xp(istu)s non debuit pati Quanta
r(ati)one de morte ei(us) sequatur humana saluatio Quam magna et q(uam) iusta
sit mi(sericordi)a dei Quod impossibile sit dyabolum reconciliari Quod in hiis que dicta s(unt) veteris
et noui testamenti veritas p(ro)bata sit · P(ri)mu(m) ·

S
epe et studiosissime a
multis rogatus sum et verbis et litteris q(ui)tus cuiusdam de fide n(ost)ra q(ue)stionis
rationes quas soleo (re)ndere querentibus memorie scribendo comendarem Dicunt enim
eas s(ibi) placere et arbitrantur satisfacere Quod petunt no(n) ut p(er) rationem ad fidem
accedant sed vt eor(um) que credunt intellectu et contemplatione delectentur et ut sint
quantu(m) possunt parati semper ad satisfactionem omni poscenti se rationem de ea que
in nobis e(st) spe q(ua)m q(ues)tionem solent et infideles nob(is) simpliciter (et) ir(r)identes q(ua)m fatuam
deridentes obicere et fideles multi in corde uersare qua s(cilicet) r(ati)one uel n(ecess)itate deus
homo factus sit et morte sua sicut credimus et confitemur mundo uitam reddi
derit cum h(oc) aut p(er) aliam p(er)sonam siue angelicam siue humanam aut sola
uoluntate facere potuerit De qua q(uesti)one non solum litterati s(ed) etiam multi
illitterati querunt et rationem eius desiderant Quoniam ergo de hac mul
ti tractare postulant et licet inquirendo valde uideatur difficilis i(n) soluendo

tamen omnibus est intelligibilis et propter utilitatem et rationis pulcritudinem amabilis quamvis ab antiquis patribus inde quod sufficere debeat dictum sit tamen de ea curabo quod deus mihi dignabitur aperire petentibus ostendere. Et quoniam ea que per interrogationem et responsionem investigantur multis et maxime tardioribus ingeniis magis patent et ideo plus placent unum ex illis qui hoc flagitant et inter alios instantius ad hoc me sollicitant accipiam mecum disputantem ut Bozo querat et Anshelmus respondeat hoc modo.

Bozo. Sicut rectus ordo exigit ut profunda christiane fidei prius credamus quam ea presumamus ratione discutere ita negligentia mihi videtur si postquam confirmati sumus in fide non studeamus quod credimus intelligere. Quapropter quoniam gratia dei preveniente fidem nostre redemptionis sic puto me tenere ut etiam si nulla possim quod credo ratione comprehendere nichil tamen sit quod ab eius firmitate me valeat evellere a te peto michi aperiri quod ut scis plures mecum petunt qua necessitate et ratione scilicet deus cum sit omnipotens humilitatem et infirmitatem humane nature pro eius restauratione assumpserit.

Anshelmus. Quod a me queris supra me est et ideo altiora me tractare timeo ne forte cum aliquis putaverit aut etiam viderit me non sibi satisfacere plus existimet veritatem rei me deficere quam intellectum meum ad eam capiendam non sufficere.

Bozo. Non tam hoc timere debes quantum meminisse quia sepe contingit ut in colloquio de aliqua questione deus aperiat quod prius latebat et sperare debes gratiam dei quia si ea que gratis accepta libenter impartiris altiora accipere que nondum attigisti merebis accipere.

Anshelmus. Est et aliud propter quod video aut vix aut nullatenus posse ad plenum inter nos de hac re nunc tractari quoniam ad hoc est necessaria notitia potestatis et voluntatis et quarundam aliarum rerum que sic se habent ut earum nulla possit plene sine aliis considerari. Et ideo tractatus earum opus suum postulat non multum ut puto facile nec omnino inutile. Nam earum ignorantia quedam facit difficilia que per earum notitiam sunt facilia.

Bozo. Breviter de his singulis locis dicere poteris ut et quod sufficiat ad presens opus habeamus et quod plus dicendum est in aliud tempus differamus.

Anshelmus. Hoc quoque multum me retrahit a petitione tua quia materia non solum preciosa sed sicut est de specioso forma pre filiis hominum sic et est speciosa ratione super intellectum hominum. Unde timeo ne sicut ego soleo indignari pravis pictoribus cum ipsum dominum informi figura pingi video ita mihi contingat si tam speciosam materiam incompto et contemptibili dictamine exarare presumpsero.

Bozo. Nec hoc te debet retrahere quia sicut tu permittis ut qui potest melius dicat sic nulli prescribis ut cui dictamen tuum non placet pulcrius non scribat. Sed ut omnes excusationes tuas excludam quod postulo non facies doctis sed michi et hoc ipsum mecum petentibus.

Secundum capitulum. Anshelmus

Quoniam modo importunitatem tuam et illorum qui hoc tecum ex caritate et religioso studio petunt temptabo pro mea possibilitate deo iuvante et vestris orationibus quas hoc postulantes sepe michi petenti ad hoc ipsum promisistis non tam ostendere quam tecum querere sed eo pacto quo omnia que dico volo accipi videlicet ut si quid dixero quod maior non confirmet auctoritas quamvis illud ratione probare videar non alia certitudine accipiatur nisi quia interim ita michi videtur donec deus michi melius aliquo revelet. Et si aliquatenus questioni tue satisfacere potero certum esse debebit quia et sapientior me plenius hoc facere poterit. ymo sciendum est quicquid inde homo dicere possit altiores tante rei adhuc latere rationes. · iij · Bozo

Patere igitur ut verbis utar infidelium quia equum enim est ut cum nostre fidei rationem studemus inquirere ponam eorum obiectiones qui nullatenus ad fidem eandem sine ratione volunt accedere. Quamvis enim illi rationem querant quia non credunt nos vero quia credimus unum idemque tamen est quod querimus. Et siquid responderis cui auctoritas obsistere sacra videatur liceat michi illam obtendere quatenus quomodo non obsistat aperias. A. Dic quod tibi videtur. B. Obiciunt nobis deridentes simplicitatem nostram infideles quia deo facimus iniuriam et contumeliam cum eum asserimus in uterum mulieris descendisse natum esse de femina lacte et alimentis humanis nutritum crevisse et ut multa alia taceam que deo non videntur convenire lassitudinem famem sitim verbera et inter latrones mortem crucemque sustinuisse. A. Nos non facimus deo iniuriam nullam aut contumeliam sed toto corde gratias agentes laudamus et predicamus ineffabilem altitudinem misericordie eius quia quanto nos mirabilius et preter opinionem de tantis et tam debitis malis in quibus eramus et tanta tamque indebita bona que perdideramus restituit tanto maiorem dilectionem erga nos et pietatem monstravit. Si enim diligenter considerarent quam convenienter hoc modo procurata sit humana restauratio non deriderent nostram simplicitatem sed dei nobiscum laudarent sapientem benignitatem. Oportebat namque ut sicut per hominis inobedientiam mors in humanum genus intraverat ita per hominis obedientiam vita restitueretur. Et quemadmodum peccatum quod fuit causa nostre dampnationis initium habuit a femina sic nostre iustitie et salutis auctor nasceretur de femina et ut dyabolus qui per gustum ligni quem persuasit hominem vicerat per passionem ligni quam intulit ab homine vinceretur. Sunt quoque multa alia que studiose considerata inenarrabilem quandam nostre redemptionis hoc modo procurate pulchritudinem ostenduntur · iiij · Bozo

Omnia hec pulcra et quasi quedam picture suscipiende sunt. Sed si non est aliquid solidum super quod sedeant non videntur infidelibus sufficere cur deum ea que dicimus pati voluisse credere debeamus. Nam qui picturam vult facere eligit aliquid solidum super quod pingat ut

maneat quod pingit. Nemo enim pingit in aqua vel aere quia ibi nulla manent picture
vestigia. Quare cum has convenientias quas dicitis infidelibus quasi quasdam picturas
rei geste ostendimus, quoniam non rem gestam sed figmentum arbitrantur esse quod credimus, quasi
super nubem pingere nos existimant. Monstranda ergo prius est soliditas veritatis, solidias
rationabilis, id est necessitas que probet deum ad ea que predicamus debuisse et potuisse humili-
ari; deinde ut ipsum quasi corpus veritatis plus niteat, iste convenientie quasi picture
corporis sunt exponende. A. Nonne satis videtur necessaria ratio cur deus ea que dicimus fa-
cere debuerit, quia genus humanum, tam scilicet pretiosum opus eius, omnino perierat, nec decebat
ut quod deus de homine proposuerat penitus adnichilaretur, nec idem eius propositum ad effectum
duci poterat nisi genus humanum ab ipso creatore suo liberaretur. · V · Boso ·
Hec ipsa liberatio si per aliam quam per dei personam sive per angelum sive per homi-
nem esset facta quolibet modo, diceretur mens humana multo tollerabilius
acciperet. Potuit enim deus hominem aliquem facere sine peccato non de massa peccatrice
nec de alio homine, sed sicut fecit Adam, per quem hoc ipsum opus fieri potuisse videtur. · A ·
An non intelligis quia quecumque alia persona hominem a morte eterna redimeret,
eius servus idem homo recte iudicaretur? Quod si esset, nullatenus restauratus esset in illam
dignitatem quam habiturus erat si non peccasset, cum ipse qui non nisi dei servus
et equalis bonis angelis per omnia futurus erat servus esset eius qui deus non
esset et cuius angeli servi non essent. · VI · Boso ·
Hoc est quod valde mirantur quia liberationem hanc redemptionem vocamus. In qua namque, aiunt nobis,
captione aut in quo carcere aut cuius potestate tenebamini, unde vos deus non potuit
liberare nisi vos tot laboribus et ad ultimum sanguine suo redimeret? Quibus
cum dicimus: Redemit nos a peccatis et ab ira sua et de inferno et de potestate diaboli,
quem quia nos non poteramus, ipse pro nobis venit expugnare, et redemit nobis
regnum celorum. Et quia hec omnia hoc modo fecit, ostendit quantum nos diligeret, respondent:
Si dicitis quia facere hec omnia deus non potuit solo iussu quem cuncta creasse iu-
bendo dicitis, repugnat nobismetipsis quia impotentem eum facitis. Aut si fatemini quia
potuit sed non voluit nisi hoc modo, quomodo sapientem eum potestis ostendere, quem sine
ulla ratione tam indecentia velle pati asseritis? Omnia enim hec que obtenditis
in eius voluntate consistunt. Ira namque dei non est aliud quam voluntas puniendi.
Si ergo non vult punire peccata hominum, liber est homo a peccatis et ab ira dei et ab infer-
no et potestate diaboli, que omnia propter peccata patitur, et recipit ea quibus propter eadem
peccata privatur. Nam in cuius potestate est infernus aut diabolus, aut cuius est
regnum celorum nisi eius qui fecit omnia? Quecumque itaque timetis aut deside-
ratis, eius voluntati subiacet, cui nichil potest resistere. Quare si humanum genus
salvare noluit nisi quo dicitis, cum sola voluntate potuit, ut mitius dicam

videte quomodo eius sapientie repugnatis. Nam si homo quod facile posset cum gravi labore
sine ratione faceret non utique sapiens ab ullo iudicaretur. Nempe quod dicitis deum hoc ostendisse
quantum nos diligeret nulla ratione defenditur si nullatenus aliter hominem potuisse
salvare non monstratur. Nam si aliter non potuisset tunc forsitan necesse esset ut hoc modo
dilectionem suam ostenderet. Nunc vero cum aliter possit salvare hominem que
racio est ut propter ostendendum dilectionem suam ea que dicitis faciat et sustine-
at? An enim non ostendit bonis angelis quantum eos diligat pro quibus talia non susti-
net? Ex vero dicitis eum venisse expugnare pro nobis dyabolum quo sensu audetis pro-
ferre? Nonne dei omnipotentia regnat ubique? Quomodo ergo indigebat deus ut ad
vincendum dyabolum de celo descenderet? Hec nobis infideles obicere posse videntur. ·vii.· A

Sed et illud quod dicere solemus deum scilicet debuisse prius per iustitiam contra dyabolum
agere ut liberaret hominem quam per fortitudinem ut cum dyabolus eum in quo nulla
mortis erat causa et qui deus erat occideret iuste potestatem quam super peccatores ha-
bebat amitteret alioquin iniustam violentiam fecisset illi qui iuste possidebat ho-
minem quod non ipse violenter attraxerat. Sed idem homo ad eum se sua sponte contule-
rat non video quam vim habeat. Namque si dyabolus aut homo suus esset aut alterius quam dei
aut in alia quam in dei potestate maneret forsitan hoc recte diceretur. Cum autem dyabolus aut homo
non sit nisi dei et neuter extra potestatem dei consistat quam causam debuit agere deus
cum suo in suo de suo nisi ut servum suum puniret qui suo consilio communem dominum
deserere et ad se transire persuasisset et traditor fugitivum fur furem cum furto
domini sui suscepisset? Uterque namque fur erat cum alter altero persuadente semetipsum
domino suo furabatur. Quid enim iniustius fieri posset si deus hoc faceret? Aut si iudex
omnium deus hominem sic possessum de potestate tam iniuste possidentis vel ad pu-
niendum illum aliter quam per dyabolum vel ad parcendum illi eriperet que inius-
titia esset? Quamvis enim homo iuste a dyabolo torqueretur ipse tamen illum iniuste torque-
bat. Homo namque meruerat ut puniretur nec ab alio convenientius quam ab illo
cui consenserat ut peccaret. Dyabolo vero nullum meritum erat ut puniret immo tan-
to hoc faciebat iniustius quanto non ad hoc amore iustitiae trahebatur sed instinctu
malicie impellebatur. Nam non hoc faciebat deo iubente sed incomprehensibili sa-
pientia sua que et mala bene ordinat permittente. Et puto illos qui dyabolum
aliquam opinantur habere in possidendo hominem iustitiam ad hoc inde adduci quia
vident hominem dyaboli vexationi iuste subiacere et deum hoc iuste permittere
et idcirco putant dyabolum illam iuste inferre. Contingit enim idem aliquando
diversis considerationibus esse iustum et iniustum et ob hoc aut diligenter in-
tuentibus totum iustum aut iniustum iudicari. Evenit enim ut innocentem
iniuste percuciat unde ipse iuste percuti mereatur. Si tamen percussus vindicare se non

debet: expetit patientem se iniuste hoc facit. Sic igitur passio ex parte patientis est iniusta quia non debuit se vindicare. Ex parte vero passi iusta quia iuste patiens iuste pati meruit. Diviso igitur intuitu iusta et iniusta est eadem actio quam contingere potest ab alio iudicari iustam, tantum ab alio iniustam. Hoc itaque modo dyabolus dicitur iuste vexare hominem quia deus hoc iuste permittit et homo iuste patitur. Sed et hoc quod homo dicitur iuste pati, non sua iustitia pati iuste dicitur, sed quia iusto iudicio punitur. At si obtenditur cyrographum decreti quod adversum nos dicit apostolus fuisse et per mortem Christi deletum esse, et putat aliquis per illud significari quia dyabolus quasi sub cuiusdam pacti cyrographo ab homine iuste ante Christi passionem peccatum velut usuram primi peccati exigeret ut per hoc iustitiam suam super hominem probare videatur, nequaquam ita intelligendum puto. Quippe cyrographum illud non est dyaboli quia dicitur cyrographum decreti. Decretum enim illud non erat dyaboli sed dei. Iusto namque iudicio dei decretum erat et quasi cyrographo confirmatum ut homo qui sponte peccaverat nec peccatum nec penam peccati vitare per se posset. Est enim spiritus vadens et non rediens et qui facit peccatum servus est peccati, nec qui peccat impunitus debet dimitti, nisi misericordia peccatori parcat et eum liberet ac reducat. Quapropter per hoc cyrographum nullam inveniri posse dyaboli iustitiam in hominis vexatione credere debemus. Denique sicut in bono angelo nulla omnino est iniustitia, ita in malo nulla penitus est iustitia. Nichil igitur erat in dyabolo cur deus contra illum ad liberandum hominem sua uti fortitudine non deberet.

A. VIII.

Sufficere nobis debet ad rationem voluntas dei cum aliquid facit licet non videamus cur velit. Voluntas namque dei numquam est irrationabilis. B. Verum est si constat deum id velle unde agitur; nequaquam enim acquiescunt multi deum aliquid velle si racio repugnare videatur. A. Quid tibi videtur repugnare rationi cum deum ea voluisse videmur fatemur que de eius incarnatione credimus. B. Ut breviter dicam altissimum ad tam humilia inclinari, omnipotentem aliquid facere cum tanto labore. A. Qui hoc dicunt non intelligunt quod credimus divinam enim naturam absque dubio asserimus impassibilem nec ullatenus posse a sua celsitudine humiliari nec in eo quod facere vult laborare. Sed dominum Ihesum Christum dicimus verum deum et verum hominem unam personam in duabus naturis et duas naturas in una persona. Quapropter cum dicimus deum aliquid humile aut infirmum pati non hoc intelligimus secundum sublimitatem impassibilis nature sed secundum infirmitatem humane substantie quam gerebat, et sic nostre fidei nulla ratio obviare cognoscitur. Sic enim nullam

divine substantie significamus humilitatem sed unam dei et hominis monstramus esse per-
sonam non enim in incarnatione dei ulla eius humiliatio intelligitur facta sed natura
hominis creditur exaltata. B. Ita sit nichil imputetur divine nature quod secundum
infirmitatem hominis de Christo dicitur verumtamen quomodo iustum aut rationabile probari potest
quia deus hominem illum quem pater filium suum dilectum in quo sibi com-
placuit vocavit Et quem filius seipsum fecit sic tractavit aut tractari per-
misit Que autem iustitia est hominem omnium iustissimum morti tradere
pro peccatore. Quis homo si innocentem dampnaret ut nocentem liberaret
dampnandus non iudicaretur ad idem enim res deduci videtur inconveniens
quod supradictum est Nam si aliter peccatores salvare non potuit quam iustum
dampnando ubi est eius omnipotentia Si vero potuit sed non voluit quomodo
defendemus sapientiam eius atque iustitiam. A. Deus pater non quemadmodum
videris intelligere hominem illum tractavit aut innocentem pro nocente mor-
ti tradidit Non enim eum invitum ad mortem ille coegit aut occidi per-
misit sed idem ipse sponte sua mortem sustinuit ut homines salvaret
Etiam si non invitum quoniam voluntati patris consensit quodam tamen modo
illum coegisse videtur precipiendo Dicitur namque quia Christus humiliavit seipsum factus
obediens usque ad mortem mortem autem crucis propter quod et deus illum ex-
altavit et quia didicit obedientiam ex hiis que passus est et quia proprio filio
non pepercit pater sed pro nobis omnibus tradidit illum Et ipse filius dicit
Non veni voluntatem meam facere sed voluntatem eius qui misit me Et iturus
ad passionem dicit Sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Item
Calicem quem dedit michi pater non bibam illum Et alibi Pater si possibile
est transeat a me calix iste verumptamen non sicut ego volo sed sicut tu Et Pater
si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua In hiis
omnibus plus videtur Christus obedientia cogente quam spontanea volunta-
te disponente morte Ut michi videtur non bene discernis inter hoc
sustinuisse. ix. quod fecit exigente obediencia et quod sibi factum
quia servavit obedientiam sustinuit non exigente obediencia. B. Necesse
habeo ut hoc apertius exponas. A. Cur persecuti sunt eum iudei usque
ad mortem. B. Non ob aliud nisi quia veritatem et iustitiam vivendo
et loquendo indeclinabiliter tenebat. A. Hoc puto quod deus ab omni rationali
creatura exigit et hoc illa per obedientiam deo debet. B. Sic fateri nos op-
tet. A. Hanc igitur obedientiam debebat ille homo deo patri et humanitas
divinitati et hanc ab illo exigebat pater. B. Hoc nulli dubium. A.
Ecce habes quod fecit exigente obediencia B. Verum est et iam video

quod est illatum quia obediendo perseveravit. Nam illata est ei mors quia perstitit in obe-
dientia et hanc sustinuit. Sed quomodo obedientia non exigat non intelligo. A.
Si homo numquam peccasset deberet pati mortem aut deus deberet hoc ab eo exigere.
B. Sicut nos credimus nec homo moreretur nec hoc ab eo exigeretur sed huius rei a
te audire volo rationem. A. Rationalem creaturam iustam factam esse et ad hoc ut
deo fruendo beata esset non negas. B. Non. A. Deum autem nequaquam existimabis
convenire ut quam fecit iustam ad beatitudinem miseram esse sine culpa cogat.
Hominem enim invitum mori miseria est. B. Patet quia si non peccasset homo non de-
beret ab eo deus mortem exigere. A. Non ergo coegit deus Christum mori in quo
nullum fuit peccatum sed ipse sponte sustinuit mortem non per obedientiam dese-
rendi vitam sed per obedientiam servandi iustitiam in qua tam fortiter perseveravit
ut inde mortem incurreret. Potest etiam dici quia precepit illi pater mori cum hoc precepit
unde incurrit mortem. Ita ergo sicut mandatum dedit illi pater sic fecit. Et
calicem quem dedit bibit et factus est obediens patri usque ad mortem et sic didi-
cit ex his que passus est obedientiam id est quousque servari debebat obedientia.
Verbum autem quod positum est didicit duobus modis intelligi potest. Aut enim di-
dicit dictum est quia alios discere fecit. Aut quia quod per scientiam non ignorabat
experimento didicit. Sed autem apostolus cum dixisset humiliavit semetipsum factus est
obediens usque ad mortem mortem autem crucis addidit. Propter quod et deus illum
exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Cui simile est quod
David dixit. De torrente in via bibet propterea exaltabit caput. Non enim ita dictum est
quasi nullatenus potuisset pervenire ad hanc exaltationem nisi per hanc mortis
obedientiam. Et quasi exaltatio non nisi in retributione huius obedientie collata
sit. Prius enim quam pateretur ipse dixit omnia sibi tradita esse a patre et omnia pa-
tris esse sua. Sed quoniam ipse cum patre et spiritu sancto disposuerat se non aliter
quam per mortem celsitudinem omnipotentie sue mundo ostensurum. Quippe quod non
nisi per illam mortem fieri dispositum est cum per illam fit non inconvenienter
dicitur propter illam fieri. Si enim intendimus facere aliquid sed non proponimus nos
ante primus facturos quam prius id fiat cum iam factum est quod nolumus precedere si
sit quod intendimus recte dicitur propterea fieri quoniam factum est propter quod differebatur
quia non nisi per illud fieri dispositum erat. Nam si flumen quod equo et navi
transire possum propono me non nisi navi transiturum et ideo differo transire
quia navis abest cum iam presto est navis si recte transeo dicendum de me quia
navis parata fuit propterea transivit. Et non solum ita loquimur quando per id
quod precedere volumus sed etiam quando non per id sed tantum post id facere ali-
quid statuimus. Si quis enim differt cibum sumere propterea quia non dum ea die

misse celebracionem affuit parato quod prius volebat facere non incongrue illi dicitur iam sic
me cibum propterea quia iam fecisti propter quod sumere differebas. Multo igitur mi-
nus inusitata est locucio cum xpistus dicitur propterea exaltatus quia mortem sustinuit propter quam
et postquam illam exaltationem facere decrevit. Potest hoc et eo modo intelligi quo idem dominus
legitur profecisse sapiencia et gracia apud deum non quia ita erat sed quia ita se
habebat ac si ita esset. Nam sic post mortem exaltatus est quasi propter illam hoc fieret. Quod autem
ipse ait Non veni voluntatem meam facere sed eius qui misit me tale est quale est
et illud Mea doctrina non est mea. Nam quod quis non habet a se sed a deo hoc non tam
suum quam dei dicere debet. Nullus vero a se homo habet veritatem quam docet aut iustam
voluntatem sed a deo. Non ergo venit xpistus voluntatem suam facere sed patris quia iusta
voluntas quam habebat non erat ex humanitate sed ex divinitate. Quod proprio filio suo
vero non pepercit deus sed pro nobis tradidit illum non est aliud quam non
liberavit eum. Nam multa in sacra scriptura huiusmodi dicta inveniuntur. Ubi autem dicit
Si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo sed
sicut tu. Et si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua
naturalem salutis per voluntatem suam significat appetitum quo hu-
mana caro dolorem mortis fugiebat. Voluntatem vero patris dicit non quia
maluit pater filii mortem quam vitam. Sed quia humanum genus restaurari
volebat pater nisi faceret homo aliquid tam magnum sicut erat mors illa
quod non poscebat racio. Et quia aliud facere non poterat idcirco non dicit filius
illum velle mortem suam quam ipse maluit pati quam ut genus
humanum non salvaretur. ac si diceret Quoniam non vis reconciliacionem aliter
mundi fieri dico te hoc modo velle mortem meam. Fiat igitur voluntas tua
id est fiat mors mea ut mundus tibi reconcilietur. Nam sepe aliquem dicimus aliquid
velle quia non vult aliud quod si vellet non fieret illud quod dicitur velle ut cum
dicimus illum velle lucernam extinguere qui non vult claudere fe-
nestram per quam ventus intrat qui lucernam extinguat. Sic igitur voluit
pater mortem filii quia non aliter voluit mundum salvari nisi homo tam mag-
num aliquid faceret ut dixi. Quod filio volenti salutem hominum tantundem
valuit quoniam aliter hoc facere non valebat quam si illi mori preciperet. Unde illi
sicut mandatum dedit illi pater sic fecit et calicem quem dedit illi pater bibit

Potest etiam recte intelligi obediens usque ad mortem · X ·

Quia per illam piam voluntatem qua voluit filius pro salute mundi mo-
ri dedit illi pater non tamen cogendo mandatum et calicem passionis
et non pepercit illi sed pro nobis tradidit illum et mortem illius voluit
Et quia ipse filius fuit obediens usque ad mortem et didicit ex his que

passus est obedientiam. Quemadmodum enim secundum humanitatem non habebat a se voluntatem
iuste vivendi sed a patre ita et voluntatem illam qua ut tantum bonum faceret mori
voluit non potuit habere nisi a patre luminum a quo est omne datum optimum et
omne donum perfectum. Et sicut pater trahere dando voluntatem dicitur ita non
incongrue et si impellere asseritur. Sicut enim filius de se de patre Nemo venit ad
me nisi pater traxerit eum. Ita dicere potuit nisi impulerit eum. Similiter quoque proferre
potuit. Nemo currit ad mortem pro nomine meo nisi pater impulerit aut traxerit eum.
Quoniam namque voluntate quisque ad indeclinabile quod vult trahitur vel impelli-
tur non inconvenienter trahere vel impellere deus tunc talem dat voluntatem affirmatur
in quo tractu vel impulsu nulla intelligitur violentie necessitas sed accepte bone
voluntatis spontanea et amata tenacitas. Si ergo hoc modo negari nequit
patrem voluntate illam dando ad mortem filium traxisse vel impulisse quis
non videat eadem ratione mandatum illi ut mortem sponte sustineret et cali-
cem quem non invitus biberet dedisse. Et si filius sibi non pepercisse sed pro nobis spontanea
voluntate seipsum tradidisse recte dicitur quis neget recte dici quia pater a quo
talem voluntatem habuit illi non pepercit sed pro nobis tradidit illum et
mortem eius voluit. Hoc etiam modo indeclinabiliter et sponte suavendo accep-
tam a patre voluntatem filius factus est illi obediens usque ad mortem et didi-
cit ex his que passus est obedientiam id est quam magna res facienda sit per
obedientiam. Nam hec est simplex et vera obedientia cum rationalis natura non
necessitate sed sponte servat voluntatem a deo acceptam. Aliis quoque modis
recte possumus patrem voluisse filii mortem intelligere quamvis isti possint
sufficere. Nam sicut velle dicimus eum qui facit ut alius velit ita dicimus
etiam illum velle qui non facit ut alius velit sed approbat quod vult. Ut
cum videmus aliquem velle fortiter pati velle molestiam ut perficiat quod bene
vult. Quamvis fateamur nos velle ut illam penam sustineat non tamen volumus
aut amamus penam eius sed voluntatem. Illum quoque qui prohibere potest et non pro-
hibet solemus dicere quia vult quod non prohibet. Cum ergo patri filii volun-
tas placuit nec prohibuit eum velle aut implere quod volebat recte voluisse
ut filius mortem tam pie tam utiliter sustineret quamvis penam eius non ama-
ret affirmatur. Non autem potuisse calicem transire nisi biberet illum dixit non
quia non posset mortem vitare si vellet. Sed quoniam sicut dictum est mundum erat
aliter impossibile salvari. Et ipse indeclinabiliter volebat mortem potius pati quam
ut mundus non salvaretur. Idcirco autem illa verba dixit ut doceret humanum ge-
nus aliter salvari non potuisse quam per mortem suam non ut ostenderet se mortem
nequaquam voluisse vitare. Nam quecumque de eo dicuntur his que dicta sunt similia

sic sunt exponenda ut nulla necessitate sed libera voluntate mortuus credatur.
Erat namque omnipotens quia de eo legitur Oblatus est quia ipse voluit. Et ipse dicit
Ego pono animam meam et iterum sumo eam. Nemo tollit eam a me sed ego
pono eam a me ipso. Potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi
eam. Qui ergo idem ipse sua potestate et sua voluntate facit nullatenus ad hoc
cogi recte dicitur. B. Hoc solum quia permittit deus illum sic tractari etiam
volentem non videtur tali patri de tali filio convenire. A. Immo maxime
decet talem patrem tali filio consentire si quid vult laudabiliter ad honorem
dei et utiliter ad salutem hominum quod aliter fieri non potuit. B. Adhuc
versamur qualiter mors illa rationabilis et necessaria monstrari possit. Aliter namque nec
ipse filius eam velle nec pater cogere aut permittere videtur debuisse.
Queritur enim cur deus aliter hominem salvare non potuit, aut si potuit
cur hoc modo voluit. Nam et inconveniens videtur deum hominem hoc modo
salvasse, nec apparet quid mors ista valeat ad salvandum hominem. Mirum
enim est si deus sic delectatur aut eget sanguine innocentis ut non nisi eo
interfecto parcere velit aut possit nocenti. A. Quoniam accipis in hac questione
personam eorum qui credere nihil volunt nisi premonstrata ratione, volo tecum pacis-
ci ut nullum vel minimum inconveniens in deo a nobis accipiatur et nulla
vel minima ratio si maior non repugnat reiciatur. Sicut enim in deo quod-
libet parvum inconveniens sequitur impossibilitas, ita quamlibet parvam
rationem si maiori non vincitur comitatur necessitas. B. Nihil in hac re
accipio libentius quam ut hoc pactum inter nos communiter servetur. A. De
incarnatione tantum dei et de his que de illo assumpto homine credimus
questio est. B. Ita est. A. Ponamus ergo dei incarnationem et que de illo dicimus
homine numquam fuisse et constet inter nos hominem esse factum ad beatitu-
dinem que in hac vita haberi non potest nec ad illam posse pervenire quemquam
nisi dimissis peccatis nec ullum hominem hanc vitam transire sine peccato
et alia quorum fides ad salutem eternam necessaria est. B. Ita fiat quia nihil in
his impossibile aut inconveniens deo videtur. A. Necessaria est igitur homini pec-
catorum remissio ut ad beatitudinem perveniat. B. Sic omnes tenemus. XI. A.

Querendum est ergo qua ratione deus dimittat peccata hominibus. Et ut hoc facia-
mus apertius prius videamus quid sit peccare et quid sit pro peccato satis-
facere. B. Tuum est ostendere et meum intendere. A. Si angelus et homo semper red-
derent deo quod debent numquam peccarent. B. Nequeo contradicere. A. Non
est itaque aliud peccare quam non reddere deo debitum. B. Quod est debitum
quod deo debemus? A. Omnis voluntas rationalis creature subiecta debet esse

Pulcher

voluntati dei. B. Nichil est verius. A. Hoc est debitum quod debet angelus et homo deo
quod solvendo nullus peccat. Et quod omnis qui non solvit peccat. Hec est iusticia
sive rectitudo voluntatis que iustos facit sive rectos corde, id est voluntate. Hic
est solus et totus honor quem debemus deo et a nobis exigit deus. Sola namque talis
voluntas opera facit placita deo cum potest operari, et cum non potest ipsa sola
per se placet quia nullum opus sine ea placet. Hunc honorem debitum qui deo non
reddit aufert deo quod suum est et deum exhonorat, et hoc est peccare. Quamdiu
autem non solvit quod rapuit manet in culpa. Nec sufficit solummodo reddere quod
ablatum est, sed pro contumelia illata plus debet reddere quam abstulit. Sicut
enim qui ledit salutem alterius non sufficit si salutem restituit nisi pro illata
doloris iniuria recompenset aliquid, ita qui honorem alicuius violat non sufficit
honorem reddere si non secundum exhonorationis factam molestiam aliquid quod placeat
ei illi quem exhonoravit restituit. Hoc quoque attendendum est quia cum aliquis quod
iniuste abstulit solvit, hoc debet dare quod ab illo non posset exigi si ali-
enum non rapuisset. Sic ergo debet omnis qui peccat honorem deo quem rapuit
solvere, et hec est satisfactio quam omnis peccator debet deo facere. B. His omnibus
quoniam rationem sequi proposuimus, quamvis aliquantulum me terreas, nichil habeo
quod possim dicere. R[edeamus] et videamus utrum sola misericordia sine omni
cantica. XII. A. R. solutione ablati sibi honoris deceat deum peccata
dimittere. B. Non video cur eum deceat. A. Sic dimittere peccatum non est aliud
quam non punire. Et quoniam recte ordinare peccatum sine satisfactione
non est nisi punire, si non punitur inordinatum dimittitur. B. Racionabile est
quod dicis. A. Deum vero non decet aliquid inordinatum in suo regno dimittere.
B. Si aliud volo dicere timeo peccare. A. Non ergo decet deum peccatum sic
impunitum dimittere. B. Ita sequitur. A. Est et aliud quod sequitur. Si pec-
catum sic impunitum dimittitur, quia similiter erit apud deum peccanti et non peccanti,
quod deo non convenit. B. Non possum negare. A. Vide et hoc. Iusticiam ho-
minum nemo nescit esse sub lege ut secundum eius quantitatem mensura retributionis
a deo recompensetur. B. Ita credimus. A. Si autem peccatum non solvitur nec
punitur nulli legi subiacet. B. Non possum aliter intelligere. A. Liberior
igitur est iniusticia si sola misericordia dimittitur quam iusticia, quod valde inconve-
niens videtur. Certo scilicet quia penarum dampnum vincula verbera talio igno-
minia exilium servitus mors. Ad hoc etiam extenditur hec inconveniencia ut
iniusticiam deo similem faciat. Quia sicut deus nullius legi subiacet ita et
iniusticia ~~neque tamen~~. B. Resistere nequeo rationi tue propinquans re suppli-
candum. Sed cum deus nobis precipiat omnino dimittere peccantibus in nos

videtur repugnare ut hoc nobis praecipiat quod ipsum facere non decet. A Nulla etiam in hoc est repugnantia quia deus hoc nobis praecipit ut non presumamus quod solius dei est. Ad nullum enim pertinet vindictam facere nisi ad illum qui dominus est omnium. Nam cum terrene potestates recte faciunt ipse facit a quo ad hoc ipsum sunt ordinate. B Removisti repugnantiam quam putabam inesse sed est aliud est ad quod tuum hic volo responsum. Nam cum deus sit sic liber ut nulli legi nulli subiaceat iudicio et ita sit benignus ut nichil benignius cogitari queat et nichil sit rectum aut decens nisi quod ipse vult mirum videtur si dicimus quod nullatenus vult aut non ei licet suam iniuriam dimittere a quo etiam de hiis que aliis faciunt solemus indulgentiam petere. A Verum est quod dicis de libertate et voluntate et benignitate ipsius sed sic ea debemus rationabiliter intelligere ut dignitati eius non videamur repugnare. Libertas enim non est nisi ad hoc quod expedit aut quod decet nec benignitas dicenda est que aliquid deo indecens operatur. Quod autem dicitur quia quod vult iustum est et quod non vult non est iustum non ita intelligendum est ut si deus vult quod licet inconveniens iustum sit quia ipse vult. Non sequitur si deus vult mentiri iustum esse mentiri sed potius illum deum non esse. Nam nequaquam potest velle mentiri voluntas nisi in qua corrupta est veritas ymmo que deserendo veritatem corrupta est. Cum ergo dicitur si deus vult mentiri non est aliud quam si deus est talis nature que velit mentiri et ideo non sequitur iustum esse mendacium. Nisi ita intelligatur sicut est de duobus impossibilibus dicimus si hoc est illud est quia nec hoc nec illud est ut si quis dicat si aqua est sicca ignis est humidus. Neutrum enim verum est. Itaque de illis tantum verum est dicere si deus hoc vult iustum est que deum velle non est inconveniens. Si enim deus vult ut pluat iustum est ut pluat et si vult ut homo aliquis occidatur iustum est ut occidatur. Quapropter si non decet deum aliquid iniuste aut inordinate facere non pertinet ad eius libertatem aut benignitatem aut voluntatem peccantem qui non solvit deo quod abstulit impunitum dimittere. B Omnia michi aufers que putabam tibi obicere posse. A Vide adhuc cur deum hoc facere non deceat. B Libenter ausculto quidquid dicis. XIII. A

Nichil minus tolerandum in rerum ordine quam ut creatura creatori debitum honorem auferat et non solvat quod aufert. B Hoc nichil clarius. A Nichil autem iniustius toleratur quam quo nichil est minus tolerandum. B Nec hoc est obscurum. A Puto ergo quod non dices deum debere tolerare quo nichil toleratur iniustius ut creatura non reddat deo quod aufert. B Immo penitus negandum esse video. A Item si

deo nichil maius aut melius nichil iustius quam honorem eius servat in rerum dispositione
summa iustitia que non est aliud quam ipse deus. B. Hoc quia michi apertius. A.
Nichil quoque servat deus iustius quam sue dignitatis honorem. B. Concedere
me oportet. A. Videtur tibi quia eum integre servet si sic ablatum sibi permittit ut
nec solvatur nec ipse auferentem puniat. B. Non audeo dicere. A. Necesse est
ergo ut aut ablatus honor solvatur aut pena sequatur. Alioquin aut sibi deus ipsi iustus
non erit aut ad utrumque impotens, et quod nefas est vel cogitare. XIIII. B.

Nichil rationabilius dici posse intelligo. Sed volo a te audire si pena pec-
cantis sit illi honor aut quomodo honor sit. Si enim peccantis non est eius
honor cum peccator non solvit quod abstulit sed punitur, perdit deus ho-
norem suum ut non recuperet. Quod hiis que dicta sunt repugnare videtur.
A. Deum impossibile est honorem suum perdere. Aut enim peccator sponte sol-
vit quod debet aut deus ab invito accipit. Nam aut homo debitam subiectionem
deo sive non peccando sive quod peccat solvendo voluntate spontanea ex-
hibet aut deus invitum eum tormentis sibi subicit et sic se eius esse dominum ostendit quod
ipse homo voluntate fateri recusat. In quo considerandum quia sicut homo pec-
cando rapit quod dei est ita deus puniendo aufert quod hominis est. Quippe non solum
id suum alicuius esse dicitur quod iam possidet sed quod in eius potestate est ut habeat. Quo-
niam ergo homo ita factus est ut beatitudinem habere posset si non peccaret,
cum propter peccatum beatitudine et omni bono privatur de suo quamvis
invitus solvit quod rapuit, quia licet deus hoc ad usum sui commodi non trans-
ferat quod aufert sicut homo pecuniam quam alii aufert in suam convertit
utilitatem, hoc tamen quod aufert utitur ad suum honorem hoc ipso quia aufert. Auferendo
enim peccatorem et que illius sunt sibi subiecta esse probat. B. Placet quod dicis.
Sed est et aliud ad quod rationem tuam postulo. XV.

Nam si deus ita sicut probas suum debet honorem servare, cur vel ad mo-
dicum patitur illum violari? Quod enim aliquo ledi sinitur non inte-
gre nec perfecte custoditur. A. Dei honori nequit aliquid quantum ad illum per-
tinet addi vel minui. Idem namque ipse sibi est honor incorruptibilis et nullo modo
mutabilis. Verum quando unaqueque creatura suum et quasi sibi preceptum
ordinem sive naturaliter sive rationabiliter servat, deo obedire et eum honorare dicitur,
et hoc maxime rationalis creatura cui datum est intelligere quid debeat.
Que cum vult quod debet deum honorat non quia illi aliquid confert sed quia
se sponte eius voluntati et dispositioni subdit et in rerum universitate ordi-
nem suum et eiusdem universitatis pulcritudinem quantum in ipsa est servat.
Cum vero non vult quod debet deum quantum ad illam pertinet inhonorat quoniam

non se sponte subdit illius dispositioni et ab universitatis ordine et pulchritudine
quantum in se est perturbat licet potestatem aut dignitatem dei nullatenus ledat
aut decoloret. Si enim ea que celi ambitu continentur vellent non esse sub celo
aut elongari a celo nullatenus possent nisi sub celo esse nec fugere celum nisi
appropinquando celo. Nam et unde et quo et qua irent sub celo esset et
quanto magis a qualibet celi parte elongarentur tanto magis appropinqua-
rent opposite parti. Ita quamvis homo vel malus angelus divine voluntati et ordi-
nationi subiacere nolit non tamen eam fugere valeat quia si vult fugere de sub
voluntate iubente currit sub voluntate punientem et si queris qua transit
non nisi sub voluntate permittente et hoc ipsum quod perverse vult aut agit in
universitatis prefate ordinem et pulchritudinem summa sapientia convertit. Ipsa
namque perversitatis spontanea satisfactio vel a non satisfaciente pene exactio
excepto hoc quod deus de malis multis modis bona facit in eadem universitate
suum tenent locum et ordinis pulchritudinem. Quas si divina sapientia ubi
perversitas rectum ordinem perturbare nititur non adderet fieret in ipsa universitate
quam deus debet ordinare quedam ex violata ordinis pulchritudine deformi-
tas et deus in sua dispositione videretur deficere. Que duo quoniam sicut sunt inconve-
nientia ita sunt impossibilia necesse est ut omne peccatum satisfactio aut pe-
na sequatur. B. Satis fecisti obiectioni mee. A. Palam igitur est quia deum
quantum in ipso est nullus potest honorare exhonorare sed quantum in se est
hoc aliquis facere videtur cum voluntatem suam voluntati eius subicit aut
subtrahit. B. Nescio quid contra queam dicere. A. Adhuc addam aliquid.
B. Tamdiu dic donec me tedeat audire. XVI. A.
Deum constat proposuisse ut de humana natura quam fecit sine peccato
numerum angelorum qui ceciderant restitueret. B. Hoc credimus sed vel-
lem aliquam huius rei rationem habere. A. Fallis me non enim proposuimus
tractare nisi de sola incarnatione dei et tu mihi inseris alias questiones.
B. Ne irascaris hilarem enim datorem diligit deus. Nam nemo se probat magis
hilariter dare quod promittit quam qui plus dat quam promittit. Dic igitur
libenter quod quero. A. Rationalem naturam que dei contemplatione beata
vel est vel futura est in quodam rationabili et perfecto numero prescitam esse adeo ita
ut nec maiorem nec minorem illum esse deceat. Non est dubitandum. Aut enim
nescit deus in quo numero melius eam deceat constitui quod falsum est aut si scit in
eo illam constituet quem ad hoc decentiorem intelliget. Quare aut angeli
illi qui ceciderunt facti erant ad hoc ut essent intra illum numerum aut quia

extra illum permanere non potuerunt, ex necessitate ceciderunt quod absurdum est opi
nari. B. Veritas est aperta quod dicis. A. Qui de illo numero esse debuerunt
aut restaurandus ex necessitate numerus eorum aut in imperfecto remanebit numero rationalis
creatura que in numero perfecto prescita est quod esse non potest. B. Restaurandi sunt pro cos
cul dubio. A. Necesse est ergo de humana quoniam non est alia de qua possint
naturam restaurari.

Cur non aut ipsi aut alii pro illis possint restitui. XVII. B. A. Cum videbis nostre restaurationis difficultatem
intelliges eorum reconciliationis impossibilitatem. Alii autem angeli pro illis ut resti
tui non possunt, ut ne taceam quomodo hoc repugnare videatur prime creationis perfectioni, +
quia non debent nisi tales esse possint quales illi fuissent si non peccassent. Cum illi illa
visa vindicta peccati perseverassent quod post illorum casum aliis qui pro illis restitue
rentur esset impossibile. Non enim pariter laudabiles sunt si stant in
veritate et qui illam noverunt peccati penam et qui eam semper aspiciunt e
ternam. Nam nequaquam putandum est bonos angelos esse confir
matos casu malorum sed suo merito. Sicut namque si boni vel mali
peccassent simul essent dampnati, ita iniusti si cum iustis stetissent
pariter confirmati essent. Quippe si aliqui eorum non nisi aliorum ca
su confirmandi erant, aut nullus umquam confirmaretur aut necesse erat ali
quem casurum qui ad alios confirmandos puniretur, que utraque absurda
sunt. Illo itaque modo confirmati sunt qui steterunt quo illi pariter confirmati essent
omnes si stetissent. Quemadmodum ostendi sicut potui ubi tractavi Cur deus diabolo perseverantiam non
dedit. B. Probasti malos angelos de humana natura restaurandos et patet
ex hac ratione quia non in maiori numero erunt homines electi quam angeli reprobi. Sed
Si angeli anqua | sed utrum plures futuri sint si potes ostende. XVIII. A.
quidam illorum caderent erant in suo perfecto numero ut diximus numero non sunt
homines facti nisi pro restauratione angelorum perditorum, et palam est quia
non erunt plures illis. Si autem ille numerus non erat in illis omnibus angelis conplen
dum est de hominibus et quod periit et quod prius deerat, et erunt electi homines plures
reprobis angelis, et sic dicemus quia non fuerunt homines facti tantum ad restaurandum
numerum imminutum sed etiam ad perficiendum nondum perfectum. B. Quid potius
tenendum est, an angeli facti sint prius in numero perfecto an non? A. Quod mihi vi
detur dicam. B. Non plus a te exigere possum. A. Si homo factus est post casum
malorum angelorum sicut quidam intelligunt in Genesi non video posse me
per hoc probare alterum horum determinate. Potest enim ut puto esse quod angeli prius
fuerunt in numero perfecto et post ea factus sit homo pro restaurando imminuto eorum

numerum. Et potest esse quod non fuerunt in numero perfecto quia differebat deus sicut adhuc
differt illum implere numerum facturus humanam naturam suo tempore. Unde aut so-
lummodo numerum nondum integrum perficeret aut si etiam minueretur restitueret.
Si autem tota creatura simul facta est et dies illi in quibus Moyses istum
mundum non simul esse factum videtur dicere aliter sunt intelligendi quam
sicut videmus istos dies in quibus vivimus intelligere nequeo quomodo facti sint an-
geli in illo integro numero. Quippe si ita esset videtur michi quia exigente necessitate aut aliqui
angeli vel homines casuri erant aut plures essent in illa celesti civitate quam
illa perfecti numeri convenientia exigeret. Si igitur omnia simul facta sunt sic videntur
angeli et duo primi homines in imperfecto numero fuisse ut aut de hominibus si nullus
angelus caderet quod deerat solum perficeretur. Et si aliquis periret hoc quod
caderet restitueretur et humana natura que infirmior erat quasi deum excu-
saret atque diabolum confunderet si ille casum suum infirmitati sue imputaret
cum ipsa infirmior staret. At si et eadem ipsa caderet multo magis deum
defenderet contra diabolum et contra seipsam cum ipsa facta valde infirmi-
or et mortalis in electis de tanta infirmitate tanto altius ascenderet quam unde
diabolus cecidisset quanto beati angeli quorum equalitati debebat proficere
post ruinam malorum quia perseveraverunt. Ex his omnibus potius michi videtur quia in
angelis non fuit ille perfectus numerus quo civitas illa superna perficietur quoniam si homo
simul cum angelis factus non est sic possibile est esse et si simul facti sunt quod magis putant
multi quoniam legitur Qui vivit in eternum creavit omnia simul videtur necesse esse.
Sed et si perfectio mundane creature non tam est intelligenda in numero individuo-
rum quam in numero naturarum necesse est humanam naturam aut ad complementum eiusdem
perfectionis esse factam aut illi superabundare quod de minimi vermiculi natura dicere
non audemus. Ergo propter ipsam ibi facta est et non solum pro restaurandis individuis alia-
rum naturarum. Unde palam est quia etsi nullus angelus periisset homines tamen in celesti civitate suum
locum habuissent. Sequitur itaque quia in angelis antequam quidam illorum caderet non erat
ille perfectus numerus. Alioquin necesse erat ut aut homines aut angeli aliqui cade-
rent quoniam extra numerum perfectum ibi nullus manere poterat. B. Non nichil
effecisti. A. Est et alia ratio ut michi videtur que non parum suffragatur illi sen-
tentie que angelos non esse factos in perfecto numero existimat. B. Dic illam. A.
Si angeli in illo perfecto numero facti sunt et nullatenus facti sunt homines nisi
in restauratione perditorum angelorum palam est quia nisi angeli ab illa beatitudine
cecidissent homines ad illam non ascenderent. B. Hoc constat. A. Si quis ergo
dixerit quia tantum letabuntur electi homines de angelorum perditione quantum gaudebunt
de sua assumptione cum absque dubio hoc non esset nisi illa fuisset quo poterunt

ab hac perversa gratulatione defendi. Aut qua ratione dicemus angelos qui ceciderunt
ex hominibus restaurandos si illi sine hoc vitio permansuri erant si non cecidissent
vel sine gratulatione de casu aliorum, isti non sine illo esse non poterunt, immo quomodo sine
hoc vitio beati esse debebunt. Deinde qua audacia dicemus deum non velle
aut non posse hanc restaurationem sine hoc vitio facere. B. Nonne simile est
in gentibus que ad fidem vocate sunt quia illam iudei respuerunt. A. Non.
Nam si iudei omnes credidissent gentes tamen vocarentur quia in omni gente
qui timet deum et operatur iustitiam acceptus est illi. Sed quoniam iudei apostolos
contempserunt ea tunc fuit occasio ut ad gentes illi converterentur. B. Nullo
video quid contra hoc dicere possim. A. Unde tibi videtur accidere singula-
ris illa letitia de alieno casu. B. Unde nisi quia certus erit unusquisque quia ubi
est nullatenus esset nisi alius inde cecidisset. A. Si ergo nullus hanc certitu-
dinem haberet non esset unde nullus de alieno dampno gauderet. B. Ita
videtur. A. Putasne aliquem illorum habiturum hanc certitudinem si multo
plures erunt quam qui ceciderunt. B. Nequaquam possum opinari quod
eam habeat ut habere debeat. Nullo namque poterit quis scire utrum pro restauran-
do quod imminutum erat aut pro complendo quod nondum perfectum erat de illo numero
restituende civitatis sit factus. Sed omnes certi erunt se factos esse ad perficien-
dam illam civitatem. A. Ergo si plures erunt quam reprobi angeli nul-
lus poterit aut debebit scire se non esse ibi assumptum nisi pro alieno casu. B.
Verum est. A. Non igitur habebit aliquis cur gaudere debeat de alterius
perditione. B. Ita sequitur. A. Cum itaque videamus quia si plures erunt ho-
mines electi quam sint reprobi angeli illa non sequitur inconvenientia
quam sequi est necesse si plures non erunt et cum impossibile sit ullum in
illa civitate futurum inconveniens videtur necesse esse ut angeli non sint facti
in illo perfecto numero et plures futuri sint beati homines quam sint miseri angeli.
B. Non video qua ratione id negari queat. A. Aliam adhuc eiusdem sententie
posse dici puto rationem. B. Hanc quoque proferre debes. A. Credimus hanc mundi
molem corpoream in melius renovandam nec hoc futurum esse donec impleatur
numerus electorum hominum et illa beata perficiatur civitas et post eius perfectionem
non differendam. Unde colligi potest deum ab initio proposuisse ut utrumque simul
perficeret quatenus et minor que deum non sentiret natura ante maiorem que
deo frui debet nequaquam perficeretur et maioris perfectione mutata in melius
suo quodammodo quasi congratularetur, immo omnis creatura de tam glorio-
sa et tam admirabili sui consummatione suo creatori et sibi invicem quoque
suo modo eterne congaudendo iocundaretur. Et quia quod voluntas in rationali na-

sponte facit et hoc etiam insensibilis creatura per dei dispositionem naturaliter exhibet
Solemus namque in maiorum exaltatione congaudere ut cum in natalicijs sanctorum
festiva exultatione iocundamur de gloria illorum letantes Quam sententiam hoc
adiuvare videtur quia si adam non peccasset differret tamen deus illam civitatem perficere
donec completo ex hominibus quem expectabat numero. Ipsi quoque homines in corpora ut
ita dicam in mortalem immortalitatem transmutarentur. Habebant namque in paradiso
quandam immortalitatem id est potestatem non moriendi sed non erat immortalis hec
potestas quia poterat mori ut scilicet ipsi non possent non mori Quod si ita est ut videlicet rationalem
illam et beatam civitatem et hanc mundanam insensibilemque naturam quam deus ad usus
posuerit simul perficere videtur quia illa civitas non erat completa in numero angelorum ante
malorum ruinam sed expectabat deus ut eam de hominibus compleret cum corpoream mundi
naturam in melius mutaret Aut si perfecta erat in numero non erat perfecta in con
firmatione et differenda erat confirmatio eius etiam si nullus in ea peccasset usque
ad eam mundi quam expectamus renovationem aut si non diutius illa confirmatio differenda
erat acceleranda erat mundana renovatio ut cum eadem confirmatione fieret Sed quod
mundum noviter factum statim deus debebat renovare et eas res que post renovationem
illam non erunt in ipso initio antequam appareret cur facte essent destruere constituere
omnino caret ratione Sequitur igitur quia angeli non ita fuerunt in numero perfecto ut
ut eorum confirmatio diu differretur propterea quia novam mundi renovationem mox oporteret
fieri quod non convenit Quod autem eandem confirmationem usque ad mundi futuram
renovationem differre deus noluit inconveniens videtur presertim cum illam tam
cito in quibusdam perfecerit et cum intelligi possit quod in primis hominibus qui peccaverunt
illam fecisset si non peccassent sicut fecit in perseverantibus angelis quamvis enim
nondum provehherentur ad illam equalitatem angelorum ad quam perventuri erant homines
cum perfectus esset numerus de illis assumendus in ea tamen iustitia in qua erant videtur
si vicissent ut temptati non peccarent ita confirmarentur cum omni propagine
sua ut ultra peccare non possent quemadmodum quia victi peccaverunt sic infirma
ti sunt ut quantum in ipsis est sine peccato esse non possint Quis enim audeat dicere plus
valere iniustitiam ad alligandum in servitute hominem in prima suasione sibi
consentientem quam valeret iustitia ad confirmandum eum in libertate si in eadem
prima temptatione adhereret Nam quoniam natura humana tota erat in pri
mis parentibus tota in illis victa est ut peccaret excepto illo solo homine quem deus
sicut sine semine viri de virgine facere sic scivit de peccato ade secernere ita ut in
eisdem tota vicisset si non peccasset Restat ergo ut non completa in illo primo
angelorum numero superna civitas sed de hominibus complenda fuisse dicatur Que si
ita sunt plures erunt electi homines quam sint reprobi angeli. B. [illegible]

michi valde videntur que dicis Sed quid dicemus quia legimus de deo Constituit
terminos populorum iuxta numerum filiorum israhel Et quidam quia pro filiorum israhel
inveniunt angelorum dei sic exponunt ut secundum numerum bonorum angelorum assumendorum
intelligatur numerus hominum electorum A Hoc non repugnat predicte sententie
etsi certum non est quod totidem angeli cecidissent quot remanserunt Nam si plu
res sunt angeli electi quam reprobi et necesse est ut reprobos electi homines restau
rent et potest fieri ut bonorum numero coequentur et sic plures erunt homines iusti quam
quam angeli iniusti Sed memento qua pacta incepi respondere questioni tue videlicet si quid
dicerem quod maior non confirmet auctoritas quamvis illud ratione probare videar non
alia certitudine accipiatur nisi quia interim ita michi videtur donec deus michi
melius aliquo modo revelet Certus enim sum si quid dico quod sacre scripture absque dubio
contradicit quod falsum est nec illud tenere volo si cognovero Sed si in illis rebus
de quibus diversa sentiri possunt sine periculo sicut est istud unde nunc agimus Si enim
nescimus utrum plures homines eligendi sint quam sint angeli perditi an non
et alterum horum magis estimamus quam alterum nullum puto esse anime periculum
si in huiusmodi dico rebus sic exponimus divina dicta ut diversis sententiis favere
videantur nec alicubi invenitur ubi quid indubitanter tenendum sit de
terminent non arbitror reprehendi debere Istud autem quod dixisti Constituit
terminos populorum seu gentium iuxta numerum angelorum dei quia in alia translatione
legitur iuxta numerum filiorum israhel quoniam ambe translationes aut idem sig
nificant aut diversa sine repugnantia ita intelligendum est ut per angelos dei
et per filios israhel significentur angeli boni tantummodo aut soli homines electi
aut simul et angeli et homines electi tota scilicet illa civitas superna Aut
per angelos dei sancti angeli tantum et per filios israhel soli iusti homines aut soli
angeli per filios israhel et iusti homines per angelos dei Si boni angeli tantum
designantur per utrumque idem est quod si solum per angelos dei Si vero tota celestis
civitas hic est sensus quia tamdiu assumentur angeli populi vel multitudines e
lectorum hominum aut tamdiu erunt in hoc seculo populi donec de hominibus predestinatus
numerus illius civitatis nondum perfectus compleatur Sed non video nunc quomodo soli an
geli aut simul et angeli et homines sancti per filios israhel intelligantur Sanctos autem
homines filios israhel sicut filios abrahe non est incongruum vocari Qui an
geli quoque dei per hoc recte possunt vocari quia vitam angelicam imitantur atque similitudo
et equalitas illis angelorum promittitur in celo Et quia omnes iuste viventes angeli
sunt dei unde ipsi confessores aut martyres dicuntur Qui enim confitetur et
testatur veritatem dei nuntius id est angelus eius est Et si malus homo dicitur diabolus si
cut de iuda dicit dominus propter similitudinem malitie cur non bonus homo dicetur

angelus post institutionem iustitie. Et possumus ut puto dicere deum constituisse ter-
minos populorum iuxta numerum electorum hominum quia tam diu erunt populi et homi-
nis in mundo procreatio donec numerus eorundem electorum compleatur et eo completo cessabit
esse hominum generatio que fit in hac vita. At si per angelos dei intelligimus sanctos
angelos tantum et per filios israhel solummodo iustos homines duobus his modis
intelligi potest quia constituit deus terminos populorum iuxta numerum angelorum dei
aut quia tantus populus id est tot homines assumentur quot sunt sancti angeli dei aut quia
tam diu erunt populi donec numerus angelorum dei compleatur ex hominibus. Et uno solummodo
exponi posse video Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israhel
id est quia iam sicut supradictum est tam diu erunt populi in hoc seculo donec numerus
sanctorum hominum assumatur et colligatur. Ex utraque translatione quia tot assumentur homines
quot remanserunt angeli. Unde tamen non sequitur quia perditi angeli ex
hominibus restaurandi sint tot angelos cecidisse quot perseveraverunt. Quod tamen si dicitur
inveniendum quomodo vane non sint superiores rationes que videntur ostendere non
fuisse in angelis prius quam quidam illorum caderent illum perfectum numerum quem
supradixi et plures homines electos futuros quam sint angeli mali. B. Non me
penitet quod coegi te ut de angelis hec diceres. Nam non frustra factum est. Nunc redi
ad id unde digressi sumus. A. Constat deum proposuisse ut de hominibus angelos
qui ceciderant restauraret. B. Certum est. A. Tales ergo esse oportet homines in illa
civitate superna qui pro angelis illuc assumentur quales ibi futuri erant
illi pro quibus ibidem erunt id est quales nunc sunt boni angeli. Alioquin non erunt
restaurati qui ceciderunt et sequetur quia deus aut non poterit perficere bonum quod incepit
aut penitebit eum tantum bonum incepisse que duo absurda sunt. B. Vere oportet
ut equales sint homines angelis bonis. A. Angeli boni umquam ne peccaverunt
Potes ne cogitare quod homo qui aliquando pec- B. Non. XIX. A.
cavit nec umquam deo pro peccato satisfecit sed tantum ut puniretur dimittitur equalis
sit angelo qui numquam peccavit. B. Verba ista cogitare et dicere possum
sed sensum eorum ita cogitare nequeo sicut falsitatem non possum intelligere
veritatem esse. A. Non ergo decet deum peccantem hominem sine satisfactione
ad restaurationem angelorum assumere perditorum quoniam veritas non patitur eum
levari ad equalitatem beatorum. B. Sic ostendit ratio. A. Considera etiam in solo
homine sine hoc quia angelis debet equari utrum cum tali deus ad beatitudi-
nem illam vel talem qualem habebat antequam peccaret debebat provehere. B.
Dic tu quod cogitas et ego considerabo prout potero. A. Pone namque divi-
tem aliquem in manu tenere margaritam preciosam quam nulla umquam
pollutio tetigit et quam nullus alius possit amovere de manu eius nisi ipso

penitentem et eam disponat recondere in thesaurum suum ubi sunt carissima et preciosissima que possidet. B. Cogito velut ante nos sit. A. Quid si ipse permittat eandem margaritam ab aliquo invido excuti de manu sua in lutum cum prohibere possit, et postea eam de luto sumens pollutam et non lotam in aliquo suo mundo et caro loco deinceps illam sic servaturus recondat, putabisne illum sapientem? B. Quomodo hoc possum? Nam melius esset satis ut margaritam suam mundam teneret et servaret quam pollutam. A. Nonne similiter faceret deus qui hominem angelis sociandum sine peccato quasi in manu sua tenebat in paradiso, et permisit ut accensus invidia diabolus eum in lutum peccati quamvis consentientem deiceret — si enim prohibere vellet, diabolus non posset temptare hominem — nonne inquam similiter faceret si hominem peccati sorde maculatum sine omni lavatione, id est absque omni satisfactione, talem semper mansurum saltem in paradisum de quo eiectus fuerat reduceret? B. Similitudinem, si deus hoc faceret, negare non audeo, et idcirco eum hoc facere posse non concedo. Videretur enim aut quod proposuerat perficere non potuisse aut bene propositi eum penituisse, que in deum cadere nequeunt. A. Tene ergo certissime quia sine satisfactione, id est sine debiti solutione spontanea, nec deus potest peccatum impunitum dimittere, nec peccator ad beatitudinem vel talem qualem habebat antequam peccaret pervenire. Non enim hoc modo repararetur homo vel talis qualis fuerat ante peccatum. B. Rationibus tuis omnino contradicere non possum. Sed quid est quod dicimus deo: dimitte nobis debita nostra, et omnis gens orat deum quem credit ut dimittat sibi peccata? Si enim solvimus quod debemus, cur oramus ut dimittat? Numquid deus iniustus est ut iterum exigat quod solutum est? Si autem non solvimus, cur frustra oramus ut faciat quod quia facere non convenit facere non potest? A. Qui non solvit frustra dicit dimitte. Qui autem solvit supplicat, quoniam hoc ipsum pertinet ad solutionem ut supplicet. Nam deus nulli quicquam debet, sed omnis creatura illi debet, et ideo non expedit homini ut agat cum deo quemadmodum par cum pari. Sed de hoc non est opus tibi videre. Cum enim cognosces cur Christus est mortuus, forsitan per te videbis quod queris. B. Sufficit ergo mihi nunc quod de hac questione nunc respondes. Et autem nullus homo ad beatitudinem pervenire queat cum peccato aut solvi a peccato nisi solvat quod rapuit peccando, sic aperte monstrasti ut etiam si velim non possim dubitare.

+ habebat

Capitulum XX.

A. Hoc quoque non dubitabis ut puto quia secundum mensuram peccati oportet satisfactionem esse. B. Alioquin aliquatenus inordinatum esset/maneret peccatum, quod esse non potest si deus nichil relinquit inordinatum in regno suo. Sed hoc est prestitutum quia qualibet parva inconveniens impossibile est in deo. A. Dic ergo quid solves deo pro peccato tuo. B. Penitentiam

et cor contritum et humiliatum abstinentias et multimodos labores corporis
et misericordiam dandi et dimittendi et obedientiam. A. Quid in omnibus hiis das
deo? B. An non honoro deum quando propter timorem eius et amorem in cordis contritione le
ticiam temporalem abicio et in abstinenciis et laboribus delectationes et
quietem huius vite calco in dando et dimittendo que mea sunt largior in obedi
entia me ipsum illi subicio. A. Cum reddis aliquid quod debes deo etiam si
non peccasti non debes hoc computare pro debito quod debes pro peccato. Omnia
autem ista debes deo que dicis. Tantus namque debet esse in hac mortali vita a
mor et ad quod pertinet desiderium perveniendi ad hoc ad quod factus es et dolor
quia ibi nondum es et timor ne non pervenias ut nullam leticiam sentire debe
as nisi de hiis que tibi aut auxilium aut spem dant perveniendi. Oratio est
mentis devotio id est conversio in deum per pium et humilem affectum fide spe et
karitate subnixa. Non enim mereris habere quod non secundum quod est amas aut desi
deras et de quo quia nondum habes et adhuc utrum habiturus sis an non in tan
to es periculo non doles. Ad quod etiam pertinet quietem et delectationes munda
nas que animam ab illa vera quiete et delectatione revocant fugere nisi quod
ad sustentationem illuc perveniendi cognoscis sufficere. Orationem vero ita considerare
debes te facere ex debito sicut intelligis quia quod das non a te habes sed ab
illo cuius servus es tu et ille cui facias das. Et natura te docet ut conservo tuo
id est homo homini facias quod tibi ab illo vis fieri. Et quia qui non vult dare quod habet
non debet accipere quod non habet. De dimissione vero breviter dico quia nullatenus
pertinet ad te vindicta sicut supra diximus qui nec tu tuus es nec ille tuus
aut similis qui tibi fecit iniuriam sed unius domini servi facti ab illo de nichilo
estis. Et si de conservo tuo te vindicas iudicium quod proprium domini et iudicis omnium
est super illum superbe presumis. In obediencia vero quid das deo quod non debes
cui iubenti totum quod es et quod habes et quod potes debes? B. Nichil iam au
deo in omnibus hiis dicere me dare deo quod debeo. A. Quid ergo solves deo
pro peccato tuo? B. Si me ipsum et quicquid possum etiam quando non pecco illi debeo
ne peccem nichil habeo quod pro peccato reddam. A. Quid igitur erit de te? Quomodo
poteris salvus esse? B. Si rationes tuas considero non video quomodo. Si autem ad fi
dem meam recurro in fide christiana que per dilectionem operatur spero me posse salva
ri. Et quia legimus si iniustus conversus fuerit ab iniusticia sua et fecerit iusti
ciam omnes iniusticias eius tradi oblivioni. A. Hoc non dicitur nisi de illis
qui aut expectaverunt Christum antequam veniret aut credunt in eum postquam
venit. Sed Christum et christianam fidem quasi numquam fuisset posuimus
quando sola ratione querimus utrum adventus eius ad salvationem hominum esset necessarius

querere possumus. B. Ita faciamus. A. Sola igitur bene peccamus? B. Terruisti
me in angustias quasdam ductas desidero tamen multum ut sicut incepisti pro-
grediaris. A. Pone quoniam omnia illa que modo posuisti te pro peccato posse sol-
vere te non debere et videamus utrum possint sufficere ad satisfactionem unius
tam parvi peccati sicut est unus aspectus contra voluntatem dei. B. Nisi
quia audio te hoc ponere in questionem putarem me hoc peccatum una sola compunc-
tione delere. A. Nondum considerasti quanti ponderis sit peccatum. B. Unde

Si videres te in conspectu dei et aliquis tibi Capitulum XXI. A.
diceret aspice illuc et deus contra nullatenus volo ut aspicias quere tu
ipse in corde tuo quid sit in omnibus que sunt pro quo contra voluntatem dei deberes
illum aspectum facere. B. Nichil invenio pro quo hoc debeam nisi forte sim
in ea necessitate positus ut sit necesse me aut hoc aut maius peccatum facere.
A. Remove hanc necessitatem et de solo hoc peccato considera si possis id
facere pro te ipso redimendo. B. Aperte video quia non possum. A. Ne te diu-
tius protraham quid si necesse esset aut totum mundum et quicquid deus non est
perire et in nichilum redigi aut te facere tam parvam rem contra voluntatem
dei. B. Cum considero actionem ipsam levissimum video quiddam esse sed cum
intueor quid sit contra voluntatem dei gravissimum quiddam et nulli dampno
comparabile intelligo. Sed solemus aliquando facere contra voluntatem alicuius non
reprehensibiliter ut res eius salvetur quod postea illi placet contra cuius vo-
luntatem facimus. A. Hoc fit homini qui aliquando non intelligit quid sibi sit
utile aut non potest quod perdit restaurare sed deus nullo indiget et omnia
si perirent posset sicut ea fecit restaurare. B. Fateri me necesse est quia pro conser-
vanda tota creatura nichil debere facere contra voluntatem dei. A. Quid si essent
plures mundi pleni creaturis sicut iste est? B. Si infinito numero multiplica-
rentur et similiter michi obtenderent idipsum responderem. A. Nichil rectius potes. Sed — al' obtenderent
considera etiam si contingeret ut contra voluntatem dei aspectum illum faceres
quid posses pro hoc peccato solvere. B. Non habeo aliquid magis quam supra. A.
Sic graviter peccamus quotienscumque aliquid scienter quamvis parvum contra voluntatem — + qd
dei facimus quoniam semper in conspectu eius sumus et semper ipse precipit nobis
ne peccemus. B. Ut audio nimis periculose vivimus. A. Patet quia secundum quan-
titatem peccati exigit satisfactionem deus. B. Non possum negare. A. Non
ergo satisfacis si non reddis aliquid tam magnum quam sit id pro quo
peccatum facere non debueras. B. Et rationem video sic exigere et omnino esse
impossibile. A. Nec deus illum obligatum aliquatenus debito peccati assumere
potest ad beatitudinem quia non debet. B. Nimis est gravis hec sententia. A. Audi

Hadhuc aliud cur non minus sit difficile hominem reconciliari deo. B. Nisi fides me consolaretur hoc solum me cogeret desperare. A. Audi tamen. B. Dic. A. XXII.

Homo in paradyso factus sine peccato quasi positus est pro deo inter deum et diabolum ut vinceret dyabolum non consentiendo suadenti peccatum ad excusationem et honorem dei ad confusionem diaboli cum ille infirmior in terra non peccaret eodem dyabolo suadente qui fortior peccavit in celo nullo suadente. Et cum hoc facile posset efficere nulla vi coactus sola se suasione sponte vinci permisit ad voluntatem dyaboli et contra voluntatem et honorem dei. B. Ad quid me tendis. A. Iudica tu ipse si non est contra honorem dei ut homo reconcilietur ei scilicet deo cum huius talis ipsa huius contumelie deo irrogate nisi prius honoraverit deum vincendo diabolum sicut illum inhonoravit victus a dyabolo. Victoria vero talis debet esse ut sicut fortis ad potestatem immortalis consensit facile dyabolo ut peccaret et unde iuste incurrit penam mortalitatis ita infirmus et mortalis qualem ipse se fecit per mortis difficultatem vincat diabolum ut nullomodo peccet. Quod facere non potest quamdiu ex vulnere primi peccati concipitur et nascitur in peccato. B. Iterum dico quia ratio probat quod dicis et impossibile est. A. Adhuc accipe unum intelligi sine quo iuste non reconciliatur homo deo nec minus impossibile. B. Tot iam proposuisti nobis que facere debemus ut quidquid superaddas non me magis terrere possit. A. Audi tamen. B.

Quid abstulit homo deo cum vinci se ¶ Audio · XXIII · A · permisit a diabolo. B. Dic tu ut cepisti quia ego nescio quid super hec mala que ostendisti potuit addere. A. Nonne abstulit deo quidquid de humana natura facere proposuerat. B. Non potest negari. A. Intende in districtam iusticiam et iudica secundum illam utrum ad equalitatem peccati homo satisfaciat deo nisi idipsum quod permittendo se vinci a diabolo deo abstulit diabolum vincendo restituat ut quemadmodum per hoc quod victus est rapuit diabolus quod dei erat et deus perdidit ita per hoc quod vincat dyabolus perdat et deus recuperet. B. Nec districtius nec iustius potest aliquid cogitari. A. Putas ne summam iusticiam posse violare hanc iusticiam. B. Non audeo cogitare. A. Nullatenus ergo debet aut potest accipere homo a deo quod deus illi dare proposuit si non reddit deo totum quod illi abstulit ut sicut per illum deus perdidit ita per illum recuperet. Quod non aliter fieri valet nisi ut quemadmodum per victum tota humana natura corrupta et quasi fermentata est peccato cum quo deus nullum assumit ad perficiendam illam civitatem celestem ita per vincentem iustificentur aptato tot homines quot illum numerum completuri erant ad quem complendum factus est homo. Sed hoc facere nullatenus potest

peccator homo quia peccator peccatorem iustificare nequit. B. Et mihi iustus
et mihi impossibile videtur. Sed ex his omnibus videtur misericordia dei et spes hominis
perire quantum ad beatitudinem spectat ad quam factus est homo. A. Exspecta
adhuc parum. B. Quid habes amplius. A.

Si homo dicitur iniustus qui homini non reddit quod debet multo ma-
gis iniustus est qui deo quod debet non reddit. B. Si potest et non reddit
vere iniustus est. Si vero non potest quomodo iniustus est. A. Forsitan si nulla est
in illo causa impotentie aliquatenus excusari potest. Sed si in ipsa impotentia
culpa est sicut non leviat peccatum ita non excusat non reddentem debitum.
Nam si quis iniungat opus aliquod servo suo et precipiat illi ne se deiciat in fo-
veam quam illi monstrat unde nullatenus exire possit et servus ille contempnens
mandatum et monitionem domini sui sponte se in monstratam mittat foveam
ut nullatenus possit iniunctum opus efficere putas ne illi aliquatenus im-
potentiam istam ad excusationem valere cur opus iniunctum non faciat.
B. Nullo modo sed potius ad augmentum culpe cum ipse impotentiam illam
sibi fecit dupliciter namque peccavit quia et quod iussus est facere non fecit et quod
preceptum est ne faceret fecit. A. Ita homo qui sponte obligavit se illo de-
bito quod solvere non potest et sua culpa deiecit se in hanc impotentiam ut
nec illud possit solvere quod debebat ante peccatum id est ne peccaret nec hoc quod
debet quia peccavit excusabilis est. Ipsa namque impotentia culpa est quia non
debet eam habere immo debet eam non habere. Nam sicut culpa est non habere quod
habere debet ita culpa est habere quod debet non habere. Sicut igitur culpa est homini non
habere potestatem illam quam accepit ut posset cavere peccatum sic culpa
est illi habere impotentiam qua nec iustitiam tenere et peccatum cavere nec
quod pro peccato debet reddere potest. Sponte namque fecit unde perdidit illam potestatem
et devenit in hanc impotentiam. Idem enim est non habere potestatem quam debet habere
et habere impotentiam quam debet non habere. Quapropter impotentia reddendi deo
quod debet que facit ut non reddat non excusat hominem si non reddit quoniam effec-
tum peccati non excusat peccatum quod facit. B. Et grave nimis est et ita esse
necesse est. A. Iniustus est ergo homo qui non reddit deo quod debet. B. Nimis
est verum. Nam iniustus est qui non reddit et iniustus est qui reddere nequit.
Nullus autem iniustus admittetur ad beatitudinem quoniam quemadmodum beatitudo
est sufficientia in qua nulla est indigentia sic nulli convenit nisi in quo
ita pura est iustitia ut nulla in eo sit iniustitia. B. Non aliter audeo credere.

Quod qui non solvit deo quod debet non potest esse beatus. xxiiij. A.

B. Nec hoc consequi negare possum. A. Quod si ius dicere misericors deus dimit-
tit supplicanti quod debet ideo quia reddere nequit non potest dici dimittere nisi aut hoc
quod homo sponte reddere debet nec potest, id est quod recompensare possit peccatum quod fieri non
debet pro conservatione omnis rei que deus non est, aut hoc quod puniendo ablaturus
erat invito sicut supradixi, id est beatitudinem. Sed si dimittit quod sponte reddere
debet homo ideo quia reddere non potest, quid est aliud quam dimittit deus
quod habere non potest. Sed derisio est ut talis misericordia deo attribuatur. At si
dimittit quod invito erat ablaturus propter impotentiam reddendi quod sponte reddere
debet, relaxat deus penam et facit beatum hominem propter peccatum quia habet
quod debet non habere. Nam ipsam impotentiam debet non habere et ideo quamdiu
illam habet sine satisfactione peccatum est illi. Verum huiusmodi misericordia dei
nimis est contraria iustitie illius que non nisi penam permittit reddi propter
peccatum. Quapropter quemadmodum deum esse contrarium ita hoc modo illum
esse misericordem impossibile est. B. Aliam misericordiam dei video esse querendam quam
istam. A. Verum esto dimittit ei deus qui non solvit quod debet ideo quia
non potest. B. Ita vellem. A. At quamdiu non vellet reddere aut non
nollet. Sed si nollet quod non poterit indigens erit. Si vero nolet iniustus
erit. B. Hoc nichil clarius. A. Sive autem indigens sive iniustus sit beatus
non erit. B. Et hoc apertum est. A. Quamdiu ergo non reddet beatus esse
non poterit. B. Si rationem sequitur deus iustitie non est qua evadat miser
homuncio et misericordia dei perire videtur. A. Rationem postulasti rationem accipe.
Misericordem deum esse non nego qui homines et iumenta salvat quemadmodum
multiplicavit misericordiam suam. Nos autem loquimur de illa ultima misericordia
qua post hanc vitam beatum facit hominem. Hanc beatitudinem nulli dare de-
bere nisi illi cui dimissa penitus sunt peccata nec hanc dimissionem fieri nisi debito
reddito quod debetur pro peccato secundum magnitudinem peccati supra positis rationibus
puto me sufficienter ostendisse. Quibus si quid tibi videtur posse rationibus obici
dicere debes. B. Ego utique nullam tuarum rationum aliquatenus infirmari posse
video. A. Nec ego si bene considerentur existimo. Verumtamen si vel una de omnibus
quas posui inexpugnabili veritate roboratur sufficere debet. Sive namque una
sive pluribus argumentis veritas inexpugnabiliter munitur equaliter ab
omni dubitatione. B. Certe ita est. A. Quo ergo salvus erit homo si ipse nec
defenditur. I. xxv. I solvit quod debet nec potest salvari si non solvit
quod debet aut qua fronte asseremus deum misericordia divitem supra intellec-
tum humanum hanc misericordiam facere non posse. B. Hoc debes ab illis nunc exige-

qui christum non esse credunt necessarium ad illam salutem hominis quorum vice loquor
Vt dicant qualiter homo possit salvari sine christo. Quod si non possunt nullomodo desinant
nos irridere et accedant et iungant se nobis qui non dubitamus hominem per christum
posse salvari aut desperent hoc nullomodo posse fieri. Quod si horrent credant nobis-
cum in christum ut possint salvari. B. Ate quaeram sicut incepi ut ostendas michi qua
ratione salvetur homo per christum. A. Nonne sufficienter probatur per christum hominem
posse salvari cum etiam infideles non negent hominem nullomodo fieri posse
beatum et satis ostensum sit quod si ponimus christum non esse nullomodo possit in-
veniri salus hominis aut enim per christum aut alio aliquo aut nullomodo poterit homo
salvus esse. Quapropter si falsum est quod nullo aut aliquo modo alio potest hoc esse necesse est fieri
per christum. B. Si quis videns rationem quia aliomodo non potest esse et non intelligens
qua ratione per christum esse valeat asserere velit quod hoc nullomodo queat esse quid
huic respondebimus. A. Quid respondendum est illi qui ideirco astruit esse impossibile quod
necesse est esse quia nescit quomodo sit. B. Quia insipiens est. A. Ergo contemnendum est
quod dicit. B. Verum quidem est sed hoc ipsum est illi ostendendum qua ratione sit
quod putat impossibile. A. An non intelligis ex his que supra diximus quod necesse est
aliquos homines ad beatitudinem pervenire. Nam si deo inconveniens est hominem
cum aliqua macula perducere ad hoc ad quod illum sine omni macula fecit ne
aut boni incepti penitere aut propositum implere non posse videatur multo magis
propter eandem inconvenientiam impossibile est nullum hominem ad hoc provehi ad quod factus
est. Quapropter aut extra fidem christianam invenienda est peccati satisfactio qualem
supra esse debere ostendimus quod ratio nulla potest ostendere aut indubitanter in ea
esse credenda est. Quod enim necessaria ratione esse colligitur veraciter id in nullam de-
duci debet dubitationem etiam si ratione quomodo sit non percipitur. B. Verum est quod
dicis. A. Quid ergo queris amplius. B. Non ad hoc veni ut auferas michi
fidei dubitationem sed ut ostendas michi certitudinis mee rationem. Quapropter
sicut me rationabiliter deduxisti ad hoc ut videam peccatorem hominem hoc debere
deo pro peccato quod et reddere nequit et nisi reddiderit salvari non valet ita
me volo perducas illuc ut rationabili necessitate intelligam esse oportere omnia
illa que nobis fides katholica de christo credere precipit si salvari volumus
et quomodo valeant ad salutem hominis et qualiter deus misericordia salvet hominem cum
peccatum non dimittat illi nisi reddiderit propter quod illud debet et ut certiores sint
argumentationes tue sic a longe incipe ut eas super firmum fundamentum con-
stituas. A. Adiuvet me nunc deus quia tu nullatenus michi parcis nec con-
sideras imbecillitatem scientie mee cui tam magnum opus iniungis. Temp-

tabo tam quam quidem incepi non in me sed in deo confidens et faciam quod ipso ad-
iuuante potero sed ne fastidium si uolenti legere nimis longa continuatione
generetur additis dicenda alio exordio distinguamus. Incipit liber secundus

Rationalem naturam adeo factam esse iustam ut illo fruendo beata esset
dubitari non debet. Ideo namque rationalis est ut discernat inter iu-
stum et iniustum et inter bonum et malum et inter magis bonum
et minus bonum alioquin frustra esset facta rationalis. Sed deus non fecit eam
rationalem frustra. Quare ad hoc eam factam esse rationalem dubium non
est. Simili ratione probatur quod ad hoc accepit potestatem discernendi ut odisset
et vitaret malum ac amaret et eligeret bonum atque maius bonum magis ama-
ret et eligeret. Aliter namque frustra illi deus dedisset potestatem istam discernendi
quia in uanum discerneret si secundum discretionem non amaret et vitaret. Sed non
conuenit ut deus tantam potestatem frustra dederit. Ad hoc itaque factam esse rati-
onalem creaturam certum est ut summum bonum super omnia amaret et elige-
ret non propter aliud sed propter ipsum. Si enim propter aliud non ipsum sed aliud
amat at hoc nisi iusta facere nequit. Ut igitur frustra non sit rationalis
simul ad hoc rationalis et iusta est facta. Quod si ad summum bonum eligendum
et amandum iusta facta est aut talis ad hoc facta est ut aliquando assequeretur
quod amaret et eligeret aut non. Sed si ad hoc iusta non est facta ut quod sic
amat et eligit assequatur frustra facta est talis ut sic illud amet et eligat
nec ulla erit ratio cur illud debeat assequi aliquando. Quamdiu ergo amando
et eligendo summum bonum iusta faciet ad quod facta est misera erit quia indi-
gens erit contra voluntatem non habendo quod desiderat quod nimis absur-
dum est. Quapropter rationalis natura iusta facta est ut summo bono id est deo
fruendo beata esset. Homo ergo qui rationalis natura est factus est iustus ad hoc
ut deo fruendo beatus esset.

Capitulum ij.

Quod autem talis factus sit
ut necessitate non moreretur hinc facile probatur quia ut iam diximus sa-
pientie et iustitie dei repugnat ut cogeret mortem pati sine culpa quem iustum
ad eternam fecit beatitudinem. Sequitur ergo quod si numquam peccasset numquam
moreretur.

iij.

Unde aperte quoque futura resurrectio mortuo-
rum probatur. Quippe si homo perfecte restaurandus est talis debet res-
titui qualis futurus erat si non peccasset. B. Aliter non potest esse. A. Quemadmodum
igitur si non peccasset homo cum eodem quod gerebat corpore in incorruptibilitatem
transmutandus erat ita oportet ut cum restaurabitur cum suo in quo vivit
in hac vita corpore restauretur. B. Quid respondebimus si quis dicat quod hoc

fieri oportet de illis in quibus humanum genus restaurabitur de reprobis vero non est necesse
A. Nullatenus iustius aut convenientius intelligitur quam ut sicut homo si perseverasset in iustitia
totus id est anima et corpore eterne beatus esset ita si perseverat in iniustitia totus
similiter eterne miser sit. B. Breviter in his satisfecisti. IIII. A.
Ex his est facile cognoscere quoniam aut hoc de humana perficiet deus natura quod incepit
aut in vanum fecit tam sublimem naturam ad tantum bonum. At si nichil pretiosius
cognoscitur deus fecisse quam rationalem naturam ad gaudendum de se valde alie
num est ab eo ut ullam rationalem naturam penitus perire sinat. B. Non potest
aliter putare cor rationale. A. Necesse est ergo ut de humana natura quod incepit perficiat.
Hoc autem fieri sicut diximus nequit nisi per integram peccati satisfactionem quam
nullus peccator facere potest. B. Intelligo iam necesse esse ut deus perficiat quod incepit ne
aliter quam deceat videatur a suo incepto deficere. Et si ita est videtur quia cogi deus
necessitate vitandi indecentiam ut salutem procuret humanam. Quomodo ergo negari po
terit plus hoc propter se facere quam propter nos. Aut si ita est quam gratiam illi debemus
pro eo quod facit propter se. Quomodo etiam imputabimus nostram salutem eius gratie si nos
Est necessitas que benefacienti gratiam aufert | salvat necessitate. V. A.
aut minuit et est necessitas qua maior gratia beneficio debetur. Cum enim aliquis
ex necessitate cui subiacet invitus benefacit aut nulla aut minor illi gratia debetur.
Cum vero ipse sponte se necessitati benefaciendi subdit nec invitus eam sustinet
tunc utique maiorem beneficii gratiam meretur. Non enim hec est dicenda necessitas sed
gratia quia nullo cogente illam suscepit aut servat sed gratis. Nam si quod hodie
sponte promittis cras te daturum eadem cras voluntate das quamvis necesse
sit te cras reddere promissum si potes aut mentiri non tamen minus debet tibi ille
pro impenso beneficio cui das quam si non promisisses qui te debitorem ante
tempus donationis illi facere non es cunctatus. Tale est cum quis sancte conversatio
nis sponte vovet propositum. Quamvis namque servare illud ex necessitate post votum
debeat ne apostate dampnationem incurrat et licet cogi possit servare si
nolit si tamen non invitus servat quod vovit non minus gratus deo est sed
magis quam si non vovisset qui non solum communem vitam sed etiam eius
licentiam propter deum abnegavit nec sancte vivere dicendus est ne
cessitate sed eadem qua vovit libertate. Ex multo magis si deus facit homini
bonum quod incepit licet non deceat eum a bono incepto deficere totum
gratie debeamus imputare quia hoc propter nos non propter se nullius egens in
cepit. Non enim illum latuit quid homo facturus erat cum illum fecit et tamen
bonitate sua illum creando sponte se ut perficeret inceptum bonum quasi obligavit

Denique deus nichil facit necessitate quia nullo modo cogitur aut prohibetur facere aliquid
et cum dicimus deum aliquid facere quasi necessitate vitandi inhonestatem quam
utique non timet potius intelligendum est quia hoc facit necessitate servande honesta
tis Que scilicet necessitas non est aliud quam immutabilitas honestatis eius
quam a se ipso et non ab alio habet et ideo improprie dicitur necessitas Dicamus tamen quia necesse
est ut bonitas dei propter immutabilitatem suam perficiat de homine quod incepit quam
vis totum sit gratia bonum quod facit B Concedo · vi · A
Hoc autem fieri nequit nisi sit qui solvat deo pro peccato hominis aliquid maius
quam omne quod preter deum est B Ita constat A Illum quoque qui de
suo poterit deo dare aliquid quod superet supra omne quod sub deo est al' insti
orem maiorem esse necesse est quam omne quod non est deus B Neque negare A
Nichil autem est supra omne quod deus non est nisi deus B Verum est A
Non ergo potest hanc satisfactionem facere nisi deus B Sic sequitur A Sed nec facere illam
debet nisi homo alioquin non satisfacit homo B Non videtur aliquid iustius A Si ergo
sicut constat necesse est ut de hominibus perficiatur illa superna civitas nec hoc esse
valet nisi fiat predicta satisfactio quam nemo potest facere nisi deus nec debet
nisi homo necesse est ut eam faciat deus et homo B Benedictus deus Iam magnum quiddam
invenimus de hoc quod querimus prosequere ergo ut incepisti Spero enim
Investigandum nunc est quomodo esse possit quia deus nos adiuvabit · vii · A
deus homo · Divina enim natura et humana non possunt invicem mutari ut divina
fiat humana aut humana divina nec ita misceri ut quedam tertia fiat ex dua
bus que nec divina sit omnino nec humana. Denique si fieri posset ut altera
in alteram converteretur aut esset tantum deus et non homo aut solum homo et non
deus aut si miscerentur ita ut fieret de duabus corruptis quedam tertia · quemad
modum de duobus individuis animalibus diversarum specierum masculo et femina
nascitur tertium quod nec matris nec patris integram servat naturam sed
ex utraque tertiam mixtam nec homo esset nec deus esset · Non igitur potest fieri homo deus quem
querimus ex divina et humana natura · aut conversione alterius in alteram aut
corruptiva commixtione utriusque in tertiam quia hec fieri nequeunt aut si fieri va
lerent nichil ad hoc quod querimus valent Si autem ita quolibet modo con
iungi dicuntur hee due nature integre ut tamen alius sit homo alius deus et non
idem sit deus qui et homo impossibile est ut ambo faciant quod fieri necesse est Nam
deus non faciet quia non debebit et homo non faciet quia non poterit Ut ergo hoc fa
ciat deus homo necesse est eundem ipsum esse perfectum deum et perfectum homi
nem qui hanc satisfactionem facturus est quia eam facere non potest nisi verus

deus nec debet nisi verus homo. Cum igitur servata integritate utriusque nature ne-
cesse est inveniri deum et hominem, non minus est necesse has duas naturas integras
convenire in unam personam quemadmodum corpus et anima rationalis conveniunt in unum
hominem, quoniam aliter fieri nequit ut idem ipse sit perfectus deus et perfectus homo. B
Restat nunc querere unde. Totum mi placet quod dicis · viii · A ·
et quomodo assumet deus humanam naturam. Aut enim eam assumet de Adam
aut faciet novum hominem quemadmodum fecit Adam de nullo alio homine. Sed si
novum hominem facit non ex Ade genere non pertinebit ad genus humanum quod natum
est de Adam. Quare non debebit satisfacere pro eo quia non erit de eo. Sicut enim rectum est
ut pro culpa hominis homo satisfaciat ita necesse est ut satisfaciens idem sit qui peccator
aut eiusdem generis. Aliter namque nec Adam nec genus eius satisfaciet pro se. Ergo sicut
de Adam et Eva peccatum in omnes homines propagatum est ita nullus nisi vel
ipsi vel qui de illis nascitur pro peccato hominum satisfacere debet. Cum ergo illi ne-
queunt necesse est ut de illis sit qui hoc faciet. Amplius sicut Adam et to-
tum genus eius per se stetisset sine sustentatione alterius creature si non
peccasset, ita oportet ut si idem genus resurgit post casum per se resurgat et re-
levetur. Nam per quemcumque in statum suum restituatur per illum utique stabit per
quem statum suum recuperabit. Deus etiam cum humanam naturam primitus fecit
in solo Adam nec feminam nec de utroque sexu multiplicarentur homines facere
voluit nisi de ipso aperte monstravit se non nisi de Adam voluisse facere quod
de humana natura facturus erat. Quapropter si genus Ade per aliquem relevatur ho-
mine qui non sit de eodem genere non in illam dignitatem quam habiturus erat
si non peccasset Adam et ideo non integre restaurabitur et dei propositum deficere vi-
debitur que duo inconvenientia sunt. Ergo necesse est ut de Adam assumatur homo per
quem restaurandum est genus Ade. B Si rationem sequimur sicut proposuimus hoc
inevitabiliter oportet esse. A Investigemus nunc utrum assumenda sit natura
dei hominis de patre et matre sicut alii sunt homines aut de viro sine femina
aut de femina sine viro. Nam quocumque modo ex his tribus modis sit de Adam
et de Eva est de quibus est omnis homo utriusque sexus nec aliquis modus ex tribus
istis facilior est deo quam alii ut eo modo potius debeat assumi. B Bene proce-
dis. A Verum non est opus multo labore ut ostendatur quia mundius et honestius pro-
creabitur homo ille de solo viro vel femina quam de commixtione utriusque sicut omnes
alii filii hominum. B Sufficit. A Aut ergo de solo viro aut de sola femina assu-
mendus est. B Aliunde non potest. A Quatuor modis potest deus homines facere
videlicet aut de viro et femina sicut assiduus monstrat usus aut nec de viro nec de femina

sicut creavit adam aut de viro sine femina sicut fecit evam aut de femina sine viro quod non dum fecit Ut igitur hunc quoque modum probet sue subiacere potestati et ad hoc ipsum opus dilatum esse nil convenientius quam ut de femina sine viro assumat illum hominem quem querimus verum aut de virgine aut de non virgine dignius hoc fiat non est opus disputare sed non sine omni dubitatione asserendum est quia de virgine deum hominem nasci oportet. B. Secundum placitum cordis mei loqueris. A. Est ne hoc solidum quod diximus aut vanum aliquid sicut nubes quod dixisti nobis infideles obicere. B. Nichil solidius. A. Pinge igitur non super fictam vanitatem sed super solidam veritatem et dic quia valde convenit ut quemadmodum hominis peccatum et causa nostre dampnationis principium sumpsit a femina Ita medicina peccati et causa nostre salvationis nascatur de femina ac ne mulieres desperent se pertinere ad sortem beatorum quoniam de femina tantum malum processit oportet ut ad reformandam spem earum de muliere tantum bonum procedat pinge et hoc Si virgo erat que causa fuit humano generi totius mali multo magis est decet ut virgo sit que causa erit totius boni hoc quoque pinge Si mulier quam fecit deus de viro sine femina facta est de virgine convenit valde ut vir quoque qui fiet de femina sine viro fiat de virgine Sed de picturis que pingi possunt super hoc quia deus homo de virgine muliere nasci debet ista nunc sufficiant. B. Valde pulchre et rationabiles sunt iste picture.

A. Nunc quoque querendum est in qua persona deus qui est tres persone hominem assumat Plures enim persone nequeunt unum eundemque hominem assumere in unitatem persone Quare in una tantum persona hoc fieri necesse est Sed de hac unitate persone dei et hominis et in qua persona dei hoc magis fieri oporteat In epistola de incarnatione verbi ad dominum papam Urbanum directa quantum ad presentem investigationem sufficere puto locutus sum. B. Breviter tamen hic tange cur potius filii persona debeat incarnari quam patris aut spiritus sancti. VIIII. A.

Si qualibet alia persona incarnaretur erunt duo filii in trinitate filius scilicet dei qui et ante incarnationem filius est et ille qui per incarnationem filius erit virginis et erit in personis que semper equales esse debent inequalitas secundum dignitatem nativitatum Digniorem namque nativitatem habebit natus ex deo quam natus ex virgine Item si pater fuerit incarnatus erunt duo nepotes in trinitate quia pater erit nepos parentum virginis per hominem assumptum et verbum cum nichil habeat de homine nepos tamen erit virginis quia filii eius erit filius Que omnia inconvenientia sunt nec in incarnatione verbi

contingunt. Est et aliud cur magis conveniat incarnari filio quam aliis
personis, quia convenientius sonat filium supplicare patri quam aliam personam alii.
Item homo pro quo erat oraturus et diabolus quem erat expugnaturus ambo falsam similitudi-
nem dei per propriam voluntatem presumpserant. Unde quasi specialius adversus
personam filii peccaverunt, qui vera similitudo patris creditur. Illi itaque cui
specialius fit iniuria convenientius attribuitur culpe vindicta aut indulgentia.
Quia ergo cum nos ratio inevitabilis perduxerit ad hoc ut necesse sit divinam et
humanam naturam in una convenire persona, nec hoc fieri possit in pluribus
personis dei, et hoc convenientius fieri poterat in persona verbi quam in aliis, ne-
cesse est verbum deum et hominem in unam convenire personam. B. Sic est via
qua me ducis undique munita ratione ut nec ad dexteram neque ad sinistram
videam ab illa me posse declinare. A. Non ego te duco sed ille de quo loqui-
mur, sine quo nihil possumus, nos ducit ubicumque viam veritatis tenemus. X.

Ventilat an ille homo moriturus sit ex debito sicut omnes alii homines
ex debito moriuntur non investigare debemus. Sed si adam moriturus
non erat si non peccasset, multo magis iste mortem pati non debebit in quo peccatum
esse non poterit quia deus est. B. In hoc volo te aliquantulum morari. Sive enim dicatur
posse sive non posse peccare, in utroque mihi non parva nascitur questio. Nam si non
posse peccare dicitur, difficile credi debere videtur. Ut enim aliquantulum lo-
quar non quasi de illo qui numquam fuerit sicut hactenus fecimus, sed velud
de eo quem et cuius facta novimus, quis neget illum multa potuisse facere que
peccata dicimus? Nempe ut alia taceam, quomodo dicemus eum non potuisse mentiri quod semper
peccatum est? Cum enim dicat iudeis de patre: si dixero quia nescio eum, ero similis vo-
bis mendax, et inter hec verba dicat non scio eum, quis eum dicet easdem tres ne-
quivisse proferre dictiones sine aliis verbis, ut si sic diceret non scio eum? Quod si
faceret, ut ipse ait, esset mendax, quod est esse peccatorem. Quare quia hoc potuit, peccare
potuit. A. Et hoc dicere potuit et peccare non potuit. B. Hoc ostende. A. Omnis potestas
sequitur voluntatem. Cum enim dico quia possum loqui vel ambulare, subauditur si volo. Si enim non subintelli-
gitur voluntas, non est potestas sed necessitas. Nam cum dico quod nolens possum trahi aut vinci, non
est hec mea potestas sed necessitas et potestas alterius. Quippe non est aliud possum trahi
vel vinci quam alius trahere me vel vincere potest. Possumus itaque dicere de Christo
quia potuit mentiri, sed subauditur si vellet. Et quoniam mentiri non potuit nolens,
nec potuit velle mentiri, non minus dici potest nequivisse mentiri. Sic itaque po-
tuit et non potuit mentiri. B. Nunc redeamus ad investigandum de illo quasi
nondum sit, de quo sicut incepimus. Dico igitur: si peccare non potuit, quia sicut dic-

non poterit velle eternitate sua habebit iustitiam. Ergo non ex libertate arbitrii iustus erit
Quare igitur gratia illi pro iustitia sua debebitur. Solemus namque dicere deum
idcirco fecisse angelum et hominem tales qui peccare possent quatenus cum possent deserere
iustitiam et ex libertate servarent arbitrii gratiam et laude mererentur que illis qui si
ex necessitate iusti essent non deberentur. A. Nonne angeli qui modo peccare nequeunt
laudandi sunt. B. Sunt utique quia hoc quod modo non possunt meruerunt per hoc quia
potuerunt et noluerunt. A. Quid dicis de deo qui peccare non potest nec hoc meruit
potestatem peccandi quam non peccavit. Nonne laudandus est pro iustitia sua. B.
Hoc volo ut respondeas pro me. Nam si dico eum non esse laudandum scio me
mentiri. Si autem dico laudandum timeo infirmare rationem quam dixi de an
gelis. A. Angeli non sunt laudandi de iustitia sua quia peccare potuerunt sed
quia hoc quodam modo a se habent quod peccare nequeunt in quo aliquatenus sunt
similes deo qui a se habet quidquid habet. Dicitur enim dare aliquid qui non
aufert quod potest et facere esse aliquid qui cum possit efficere non esse non
facit. Sic itaque cum angelus potuit auferre sibi iustitiam et non abstulit et fa
cere se non esse iustum et non fecit. Recte asseritur ipse sibi dedisse iustitiam et
seipsum iustum fecisse. Hoc igitur modo habet a se iustitiam quia creatura
eam aliter habere a se nequit et idcirco laudandus est de sua iustitia nec
necessitate sed libertate iustus est quia improprie dicitur necessitas ubi nec coactio
ulla est nec prohibitio. Quapropter quoniam deus perfecte habet a se quidquid habet
ille maxime laudandus est de bonis que habet et servat non ulla necessitate
sed sicut supra dixi propria et eterna immutabilitate. Sic ergo homo ille qui idem
ipse deus erit quoniam omne bonum quod ipse habebit a se habebit non necessitate
sed libertate et a seipso iustus et idcirco laudandus erit. Quamvis enim natura humana
a divina habeat quod habebit idem tamen ipse a seipso quoniam due nature una per
sona erunt habebit. B. Satisfecisti michi ex hoc et aperte video quia et pecca
re non poterit et tamen laudandus erit de iustitia sua. Sed nunc querendum exis
timo cum deus talem possit facere hominem cur non tales fecit angelos
et duos primos homines ut similiter et peccare non possent et de sua iustitia lau
dandi essent. A. Intelligis quid dicas. B. Videor michi intelligere et idcirco
quero cur eos tales non fecit. A. Quoniam non debuit nec potuit fieri ut unus
quisque illorum esset idem ipse qui deus sicut de homine isto dicimus. Et si queris
cur non vel de tot quot sunt persone dei vel saltem de uno hoc fecit. Respondeo
Quia ratio tunc fieri nullatenus hoc exigebat sed omnino quia deus nichil
sine ratione facit prohibebat. B. Erubesco quia hoc quesivi dic que dicturus eras

A. Dicamus igitur quia mori non debebit quoniam non erit peccator. B. Concedere me oportet. XI. A.
Nunc autem restat indagare utrum possit mori secundum humanam naturam nam
secundum divinam semper incorruptibilis erit. B. Cur hoc autem dubitare debe-
mus cum ipse verus homo futurus sit et omnis homo naturaliter mortalis sit. A. Non puto
mortalitatem ad puram sed ad corruptam hominis naturam pertinere. Quippe si numquam
peccasset homo et immortalitas illius immutabiliter firmata esset non tamen minus homo esset
verus. Et cum mortales in incorruptibilitate resurgent non minus erunt veri homines.
Nam si pertineret ad veritatem humanae naturae mortalitas nequaquam posset homo
esse qui esset immortalis. Non ergo pertinet ad sinceritatem humanae naturae corrup-
tibilitas sive incorruptibilitas quoniam neutra facit aut destruit hominem sed
altera valet ad eius miseriam altera ad beatitudinem. Sed quoniam nullus est homo qui
non moriatur ideirco mortale ponitur in hominis diffinitione a philosophis qui non
crediderunt totum hominem aliquando potuisse aut posse esse mortale. Quare non
sufficit ad monstrandum illum hominem debere mortalem esse hoc quia verus homo erit.
B. Quaere ergo tu aliam rationem quia ego illam nescio si tu nescis qua illum mori
posse probetur. A. Dubium non est quia sicut deus non erit ita omnipotens erit. B.
Verum est. A. Si ergo volet poterit animam suam ponere et iterum sumere. B. Si hoc
non potest non videtur quia sit omnipotens. A. Poterit igitur numquam mori si volet et pote-
rit mori et resurgere. Sive autem animam suam ponat nullo alio faciente sive
alius hoc faciat ut eam ponat ipso permittente quantum ad potestatem ni-
chil differt. B. Non est dubium. A. Si igitur voluit permittere poterit occidi
et si noluit non poterit. B. Ad hoc nos indeclinabiliter perducit ratio. A. Ratio quoque nos
docuit quia oportet eum maius aliquid habere quam quicquid sub deo est quod sponte det et non
ex debito deo. B. Ita est. A. Hoc autem sub illo nec extra illum inveniri potest. B.
Verum est. A. In ipso igitur inveniendum est. B. Sic sequitur. A. Aut igitur seipsum
aut aliquid de se dabit. B. Non possum aliter intelligere. A. Quaerendum nunc
est cuiusmodi esse debebit haec datio. Dare namque se non poterit deo aut aliquid de
se quasi non habenti ut suum sit quia omnis creatura dei est. B. Sic est. A.
Sic ergo intelligenda est haec datio quia aliquo modo ponet se ad honorem dei aut aliquid de
se quo debitor non erit. B. Ita sequitur ex praedictis. A. Si dicimus quia dabit
seipsum ad oboediendum deo ut perseveranter servando iustitiam subdat se volunta-
ti eius non erit hoc dare sponte quod deus ab illo non exigat ex debito. Omnis enim ra-
tionalis creatura debet hanc oboedientiam deo. B. Hoc negari nequit. A. Alio
itaque modo oportet ut det seipsum deo aut aliquid de se. B. Ad hoc nos impellit ratio. A.
Videamus si forte hoc sit dare vitam suam sive ponere animam suam sive

tradere seipsum morti ad honorem dei. Hoc enim ex debito non exiget deus ab illo. Quia cum non erit peccatum in illo non debebit mori sicut diximus. B. Aliter nequeo intelligere. A. Consideremus adhuc utrum sit rationabile ut conveniat. B. Dic tu et ego libenter audiam. A. Si homo per suavitatem peccavit, nonne convenit ut per asperitatem satisfaciat. Et si tam facile victus est a diabolo ut deum peccando exhonoraret ut facilius non posset, nonne iustum est ut homo satisfaciens pro peccato tanta difficultate vincat diabolum ad honorem dei ut maiori non possit. An non est dignum quatenus qui se sic abstulit deo peccando ut se plus auferre non posset, sic se det deo satisfaciendo ut magis se non possit dare. B. Non est aliud rationabilius. A. Nihil autem asperius aut difficilius potest homo ad honorem dei sponte et non ex debito pati quam mortem, et nullatenus potest seipsum homo dare magis deo quam cum se morti tradit ad honorem illius. B. Vera sunt omnia haec. A. Talem ergo oportet eum esse qui pro peccato hominis satisfacere volet ut mori possit si velit. B. Video plane illum hominem quem quaerimus talem esse oportere qui nec ex necessitate moriatur quia omnipotens erit, nec ex debito quia numquam peccator erit, et mori possit ex libera voluntate quia necessarium erit. A. Sunt et alia multa cur valde conveniat hominem illum similitudinem et conversationem absque peccato habere cum hominibus, quae facilius et clarius per se patent in eius vita et operibus quam velut ante experimentum sola ratione monstrari possit. Quis enim explicet quam necessarie quamque sapienter factum est ut ille qui homines erat redempturus et de via mortis et perditionis ad viam vitae et beatitudinis aeternae docendo reducturus, cum hominibus conversaretur, et in ipsa conversatione cum eos doceret verbo qualiter vivere deberent, seipsum praeberet exemplum. Exemplum autem seipsum quomodo daret infirmis et mortalibus ut propter iniurias et contumelias aut dolores aut mortem a iustitia non recederent, si haec omnia sentire non agnoscerent. XII. B.

Omnia haec patenter ostendunt eum mortalem et nostrarum esse participem oportere. Sed et haec omnia miseriae nostrae sunt. Numquid ergo miser erit. A. Nequaquam. Nam sicut ad beatitudinem non pertinet commodum quod habet quis contra voluntatem, ita non est miseria apprehendere sapienter nulla necessitate aliquod incommodum sed per voluntatem. B. Concedendum est. XIII.

Ceterum in hac similitudine quam habere debet cum hominibus, dic utrum igitur quia sicut alias infirmitates nostras habebit, sic. A. Quid dubitas de deo utrum sit omnia sciens. B. Quia quamvis sit immortalis futurus ex divina natura, mortalis tamen erit ex humana. Nam cur non similiter poterit homo ille esse vere ignorans sicut vere mortalis est. A. Illa hominis assumptio in unitatem personae dei non nisi sapienter a summa sapientia fiet, et ideo non assumet in homine quod nullo

[margin: ut homo satisfaciens pro peccato]
[margin: asperius …]

utile sed valde noxium est ad opus quod idem homo facturus est. Ignorantia namque
ad nihil illi utilis esset sed ad multa noxia. Quomodo enim tot et tanta opera que fac-
turus est faciet sine immensa sapientia aut quomodo illi credent homines si eum scient
nescium. Si autem nesciet ad quid erit illi utilis illa ignorantia. Deinde si
nichil amatur nisi quod cognoscitur sicut nichil erit boni quod non amet ita
nullum bonum erit quod ignoret. Bonum autem nemo perfecte novit nisi
qui illud a malo scit discernere hanc quia discretionem nullus scit facere qui
malum ignorat. Sicut ergo ille de quo loquimur omne perfecte sciet bonum ita
nullum ignorabit malum. Omnem igitur habebit scientiam quamvis eam publice in
hominum conversatione non ostendat. B. Hoc in maiori etate videtur sicut dicis sed
in infantia sicut non erit tempus congruum ut in illo appareat sapientia ita non erit
opus et ideo nec congruum ut illam habeat. A. Nonne dixi quia sapienter
fiet illa incarnatio. Sapienter namque assumet deus mortalitatem qua sapienter
quia valde utiliter utetur. Ignorantiam non poterit assumere sapienter quia numquam
est utilis sed semper noxia nisi forte cum prava mala voluntas que numquam in
illo erit ab effectu restringitur. Nam etsi aliquando ad aliud non nocet hoc solo tamen
nocet quia scientie bonum aufert. Et ut breviter absolvam quod queris ex quo homo ille est
plenus deo semper ut seipso erit unde numquam erit sine eius potencia et fortitudi-
ne et sapiencia. B. Quamvis hoc in Christo semper fuisse non dubitarem ideo tamen quesivi
ut de hoc quoque racionem audirem. Sepe namque aliquid esse certi sumus et tamen hoc
Nunc rogo ut doceas me racione probare nescimus. · XIIII.
quomodo mors eius prevaleat numero et magnitudini peccatorum omnium cum unum
quod putamus levissimum peccatum tam infinitum monstres ut si infinitus numerus obtendatur infi-
nitus mundorum qui sic pleni sint creaturis sicut iste est nec possint servari quin re-
digantur in nichilum nisi faciat aliquis aspectum unum contra voluntatem dei
cu non tamen fieri debeat. A. Si esset presens homo ille et ipse esset sciens et diceretur tibi nisi oc-
cideris hominem hunc peribit mundus iste totus et quicquid deus non est faceres hoc pro conser-
vanda omni alia creatura. B. Non facerem etiam si infinitus numerus mundorum ob-
tenderetur. A. Quid si iterum tibi diceretur aut eum occides aut omnia peccata mundi
venient super te. B. Responderem me potius alia omnia velle peccata suscipere non so-
lum huius mundi que fuerunt et que futura sunt sed et quecumque sunt hoc cogitari possunt
quam istud solum. Quod non solum de occisione eius sed de qualibet parva le-
sione que illum tangeret respondere me estimo debere. A. Recte existimas. Sed
dic michi cur ista cor tuum iudicat ut plus horreat unum peccatum in lesione
huius hominis quam omnia alia que cogitari possunt cum omnia quecumque fuerint peccata

contra illum sunt. B. Certum peccatum quod in persona eius fit incomparabiliter superat omnia
illa que extra personam illius cogitari possunt. A. Quid dicis ad hoc quod sepe libentius aliquis
patitur quasdam in sua persona molestias ne maiores patiatur in rebus suis. B. Veram
deus non eget hac paciencia cuius potestati cuncta subiacent sicut tu supra cuidam mee
interrogacioni respondisti. A. Bene vides. Videamus ergo quod violacione vite corporalis
huius hominis nulla immensitas vel multitudo peccatorum extra personam dei
operari valet. B. Apertissimum est. A. Quantum bonum tibi videtur cuius interemptio tam
mala est. B. Si omne bonum tam bonum est quam mala est eius destructio
plus est bonum incomparabiliter quam sint omnia peccata mala que sine estimatione
superant eius interemptione. A. Verum dicis. Cogita etiam quia peccata tantum sunt
odibilia quantum sunt mala et vita ista tantum amabilis quantum est bo-
na. Unde sequitur quod vita hec plus est amabilis quam sint peccata odibilia. B. Non
possum hoc intelligere. A. Putas ne hoc tantum bonum tam amabile posse
sufficere ad solvendum quod debetur pro peccatis totius mundi. B. Immo plus potest in
infinitum. A. Vides ergo quomodo vita hec vincat omnia peccata si pro illis detur. B. Aperte.
A. Si ergo vitam dare est mortem accipere sicut datio huius vite preuet hominem
prevalet omnibus hominum peccatis ita et acceptio mortis. B. Ita esse de omnibus pec-
catis que personam dei non tangunt constat. Sed nunc video aliud querendum.
Nam si tam malum est eum occidere quam bona est vita eius quomodo potest xv.
mors eius superare et delere peccata eorum qui eum occiderunt aut si alicuius eorum
peccatum delet quomodo non potest aliorum quoque hominum aliquod delere. Credimus enim quia multi
ex illis salvati sunt et innumerabiles alii non salvantur. A. Hanc questionem solvit apostolus qui
dicit. Si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Tantum namque differt
scienter factum peccatum et quod per ignoranciam fit ut malum quod nunquam facere
posset pro immanitate sua si cognosceretur veniale fit quia ignoranter factum est.
Deum enim occidere nullus homo unquam scienter saltem velle posset et ideo qui illum
occiderunt ignoranter non in infinitum peccatum cui nulla alia comparari possunt peccata
proruerunt. Nam consideravimus eius magnitudinem ad videndum quam bonum esset
vita illa secundum hoc quod ignoranter factum est sed quasi scienter fieret quod nec nun-
quam fecit aliquis nec facere potuit. B. Racionabiliter interemptores Christi ad veniam
peccati sui pertingere potuisse monstrasti. A. Quid iam queris amplius? Ecce vides quomodo
racionabilis necessitas ostendat ex hominibus perficiendam esse supernam civitatem nec
non posse fieri nisi per remissionem peccatorum quam homo nullus habere potest nisi per ho-
minem qui idem ipse sit deus atque morte sua homines peccatores deo reconciliet.
Aperte ergo invenimus Christum quem deum et hominem confitemur et mortuum propter nos

hoc autem absque omni dubietate cogito cuncta quecumque dicat certa esse quia deus men
tiri nequit et sapienter esse facta que facit dubitandum non est quamvis non
eorum ratio intelligatur a nobis. B Verum est quod dicis nec aliquis quod dicit esse ver
um aut quod facit rationabiliter esse factum dubito. Sed hoc postulo ut quod quasi dubito. s
non debere aut non posse fieri videtur infidelibus in fide christiana hoc michi quomodo
fieri debeat aut possit aperias non ut me in fide confirmes sed ut confirma
tum veritatis ipsius Quapropter sicut eorum que supradicta sunt ·xvi·
intellectu letifices rationem aperuisti sic peto ut eorum que sum ad
huc quesiturus rationem ostendas primum scilicet qualiter de massa peccatrice id est de humano
genere quod totum infectum erat peccato hominem sine peccato quasi azimum
de fermentato deus assumpsit. Nam licet ipsa hominis conceptio munda sit et
absque carnalis delectationis peccato virgo tamen ipsa unde assumptus est in iniqui
tatibus concepta est et in peccatis concepit eam mater eius et cum originali peccato
nata est quoniam et ipsa in adam peccavit in quo omnes peccaverunt. A Postquam con
stat hominem illum deum et reconciliatorem peccatorum esse dubium non est eum omnino
sine peccato esse hoc autem esse non valet nisi absque peccato de massa peccatrice sit
assumptus. Quod si qua ratione sapientia dei hoc faciat si non possumus intelligere debe
mus non mirari sed cum veneratione tollerare aliud esse in secretis tante rei quod
ignoremus. Quippe mirabilius deus restauravit humanam naturam quam in
stituit equaliter enim utrumque deo facile est sed homo antequam esset non peccavit
ut fieri non deberet. Postquam vero factus est peccando meruit ut et quod factus
erat perderet quamvis non perdidit omnino quod factus erat ut esset qui puniret
ur aut cuius deus misereretur. Neutrum enim horum fieri posset si in nichilum redactus esset.
Tanto igitur mirabilius deus illum restituit quam instituit quanto hoc de peccatore
contra meritum illud non de peccatore nec contra meritum fecit. Quantum etiam est
deum et hominem sic in unum convenire ut servata integritate utriusque naturae idem sit
homo qui deus. Quis ergo presumat vel cogitare quod humanus intellectus valeat
penetrare quam sapienter quam mirabiliter tam inscrutabile opus factum sit. B As
sentio quod nullus homo potest in hac vita tantum secretum penitus aperire nec peto
ut facias quod nullus homo facere potest sed tantum quantum potes. Plus enim michi per
suadebis altiores in hac re rationes latere si aliquam te videre monstraveris
quam si te nullam in ea rationem intelligere nichil dicendo probaveris. A Video
me ab importunitate tua non posse liberari. Sed si aliquatenus potero quod postu
las ostendere gratias agamus deo. Si vero non potero sufficiant ea que supra
probata sunt. Cum enim constat fieri deum hominem oportere dubium non est

sapientiam et potentiam illi non decere ut hoc sine peccato fiat. B. Sic libenter accipio.
A. Oportuit utique ut illa redemptio quam Christus fecit prodesset non solum illis qui eo
tempore fuerunt sed etiam aliis. Sic enim rex alius quia totus populus sue alicuius custodie cuiusdam
civitatis sic peccavit excepto uno solo qui tamen de illorum est genere ut nullus eorum fa-
cere possit unde mortis damnationem evadat. Ille autem qui solus est innocens
tantam apud regem habet gratiam ut possit et tantam dilectionem erga reos ut velit
omnes qui suo credent consilio reconciliare quodam servicio valde ipsi regi
placituro quod facturus est die secundum voluntatem regis statuto. Et quia non omnes
possunt qui reconciliandi sunt ad diem convenire concedit rex propter magnitudinem
illius servicii ut quicumque vel ante vel post diem illam confessi fuerint se velle per id
opus quod illa die fiet veniam impetrare et ad pactum ibi constitutum accedere
contigerit — ab omni culpa sint absoluti preterita et si [illegible] ut post hanc veniam iterum pec-
satisfacere — cent si digne [illegible] et corrigi deinceps voluerint per eandem pacti effi-
caciam iterum veniam accipiant. Sic tamen ut nullus pallacium eius ingre-
diatur donec factum sit hoc unde culpe relaxentur. Secundum hanc similitudinem quoniam
non potuerunt omnes homines qui salvandi erant presentes esse cum redemptionem illam
Christus fecit tanta fuit vis in eius morte ut etiam in absentes vel loco vel tempore eius
protendatur effectus. Quod autem non solum presentibus prodesse debeat hinc facile
cognoscitur quia non tot presentes eius morti esse potuerunt quot ad superne civitatis constructio-
nem necessarii sunt etiam si omnes qui eius de mortis tempore ubicumque erant ad illam
redemptionem admitterentur. Plures enim sunt demones quam de quibus restaurandus
est numerus eorum ea die vivebant homines. Nec credendum est ex quo factus est homo ullum
tempus fuisse quo mundus iste cum creaturis que facte sunt ad usum hominum sic va-
cuus fuisset ut nullus esset in illo ex humano genere ad hoc pertinens propter quod factus est
homo. Videtur enim inconveniens quod deus vel uno momento permiserit humanum genus et ea que
fecit propter usum eorum de quibus superna civitas perficienda est quasi frustra extitisse.
Nam aliquatenus in vanum esse videntur quamdiu non ad hoc propter quod maxime facta
esse videntur subsistere. B. Congruenti ratione et cui nichil repugnare videtur mon-
stras unquam nullum fuisse tempus ex quo factus est homo absque aliquo qui
ad eam pertineret sine qua vane factus esset omnis homo reconciliationem quod non
solum conveniens sed etiam necessarium esse possumus concludere. Si enim conve-
nientius et rationabilius est hoc quam aliquando nullum fuisse de quo intentio dei
qua hominem fecit perficeretur nec est aliud quod huic obviet rationi, necesse est
semper aliquid ad predictam reconciliationem pertinentem fuisse. Unde Adam et
Evam ad illam pertinuisse redemptionem dubitandum non est quamvis hoc auctoritas

divina non aperte pronuntiat. A. Incredibile quoque videtur quod deus illos fecit et proposuit
immutabiliter facere de illis omnes homines quos ad celestem civitatem assumpturus erat
quod illos duos ab hoc excluserit proposito. B. Immo illos maxime ad hoc fecisse credi
debet ut essent illis propter quos facti sunt. A. Bene consideras. Nulla tamen anima
ante mortem eius paradisum celestem ingredi potuit sicut supra dixi de
regis palatio. B. Sic tenemus. A. Virgo autem illa de qua homo assumptus est
de quo loquimur fuit de illis qui ante nativitatem eius per eum mundati sunt
a peccatis et in eius ipsa munditia de illa assumptus est. B. Placet mihi multum quod
dicis nisi quod cum ipse debeat a se ipso habere munditiam a peccato videtur eam habere
a matre et non per se mundus esse sed per illam. A. Non ita est. Sed quoniam matris mun-
ditia per quam mundus est non fuit nisi ab illo ipse quoque per se ipsum et a se mundus fuit.
B. Bene est de hoc. Verum adhuc aliud mihi videtur quaerendum. Diximus enim supra quod non
necessitate moriturus erat et nunc videmus quod mater eius per eius mortem futuram
munda fuit quod nisi illa fuisset ipse de illa esse non potuisset. Quomodo ergo non
necessitate mortuus est quis non nisi quia moriturus erat potuit esse. Nam si
moriturus non esset virgo de qua assumptus est munda non fuisset quoniam hoc
nequaquam valuit esse nisi veram mortem eius credendo nec ille de illa potuit
aliter assumi. Quare si non mortuus est ex necessitate postquam assumptus est
de virgine potuit non esse de virgine assumptus postquam est assumptus quod non est
possibile. A. Si bene quae supradicta sunt considerasses hanc quaestionem in illis ut
puto solutam intellexisses. B. Non video quomodo. A. Nonne cum quaesivimus
utrum ille mentiri potuerit intelleximus in mentiendo duas esse potestates
unam videlicet volendi mentiri alteram mentiendi. Et quamvis cum mentiendi
potestatem haberet hoc a se ipso habuit ut non posset velle mentiri idcirco de sua
iustitia qua veritatem servavit eum laudandum esse. B. Ita est. A. Similiter est
in servanda vitam potestas volendi servare et potestas servandi. Cum ergo quaeritur utrum
idem deus homo potuerit servare vitam suam ut numquam moreretur dubitandum non
est quia semper habuit potestatem servandi quamvis nequiverit velle servare ut numquam
moreretur. Et quoniam hoc a se ipso habuit ut scilicet velle non posset non necessitate
sed libera potestate animam suam posuit. B. Non omnino similes fuerunt in eo
iste potestates mentiendi videlicet et servandi vitam. Ibi enim sequitur quia si vellet posset
mentiri hic vero videtur quia si non mori vellet non magis hoc posset quam posset
non esse quod erat. Nam ad hoc erat homo ut moreretur et propter huius future veritate mortis
fidem de virgine potuit assumi sicut supra dixisti. A. Quemadmodum putas illum
potuisse non mori aut necessitate mortuum esse quia non potuit non esse quod erat ita

possis asserere illum non potuisse velle non mori aut necessitate mori voluisse quia quod erat
non esse non potuit. Non enim magis ipse factus est homo ad hoc ut moreretur quam ut vellet
mori. Quapropter sicut non debes dicere quia non potuit velle non mori aut necessitate voluit
mori. Sic non est dicendum quia non potuit non mori aut necessitate est mortuus. B. Ymo
quoniam eidem subiacet ratione tam mori quam velle mori utrumque videtur necessitate
fuisse. A. Quis se sponte voluit hominem facere ut eadem immutabili voluntate
moreretur et ex huius fidem certitudinis virgo munda fieret de qua ille homo assume-
retur. B. Deus filius dei. A. Nonne supra monstratum est quia dei voluntas nulla
cogitur necessitate sed ipsa se spontanea sua servat immutabilitate quando dicitur necessitate
facere. B. Vere monstratum est. Sed videmus econtra quia quod deus immutabiliter vult
non potest non esse sed necesse est esse. Quapropter si deus voluit ut homo ille moreretur non po-
tuit non mori. A. Ex eo quia filius assumpsit hominem ea voluntate ut moreretur
probas eundem hominem potuisse non mori. B. Ita intelligo. A. An non similiter
apparuit ex hiis que dicta sunt filium dei et assumptum hominem unam esse
personam ut idem sit deus et homo filius dei et filius virginis aut necessitate voluit mo-
ri. B. Hoc est. A. Idem igitur homo sua voluntate non potuit non mori et mortuus
est. B. Nequeo negare. A. Quoniam igitur voluntas dei nulla necessitate facit aliquid
sed sua potestate et voluntas illius fuit voluntas dei nulla necessitate mortuus
est sed sola sua potestate. B. Argumentationibus tuis obviare nequeo. Nam et propo-
sitiones quas premittis nec consequentias quas infers nullatenus infirmare
valeo. Sed tamen hoc michi semper occurrit quod dixi quia si vellet non mori
non magis hoc posset quam non esse quod erat. Vere namque moriturus quoniam si vere non fuisset
moriturus non fuisset vera fides future mortis eius per quam et illa virgo de qua
natus est et multi alii mundati sunt a peccatis. Nam si vera non fuisset nichil pro-
desse potuisset. Quapropter si potuit non mori potuit facere non esse verum quod ver-
um erat. A. Cur verum erat antequam moreretur quia moriturus erat. B. Quia hoc ipse
sponte voluit immutabili voluntate. A. Si igitur sicut dicis ideo non potuit
non mori quia vere moriturus erat et ideo vere erat moriturus quia hoc ipse sponte et im-
mutabiliter voluit sequitur illum non ob aliud non potuisse non mori nisi quia immu-
tabili voluntate voluit mori. B. Ita est. Sed quecumque fuit causa verum est tamen quia non
potuit non mori et necesse fuit illum mori. A. Nimis heres in nichilo et ut dicitur solet
querere nodum in scirpo. B. An es oblitus quid excusationibus tuis obiecerim
in huius disputationis nostre principio quia videlicet quod postulabam non faceres
doctis sed michi et hoc mecum petentibus. Sustine igitur me ut pro tarditate
et hebetudine nostri ingenii contentus michi et illis etiam in puerilibus

Iam diximus quia deus improprie dicitur questionibus sicut incepisti satisfacias
aliquid non posse aut necessitate facere. Omnis quippe necessitas et impossibilitas
eius subiacet voluntati. Illius autem voluntas nulli subiacet necessitati aut
impossibilitati. Nichil enim est necessarium aut impossibile nisi quia ipse ita vult. Ipsum
vero aut nolle aut velle aliquid propter necessitatem aut impossibilitatem
alienum est a veritate. Quare quia omnia que vult et non nisi quod vult facit
sicut nulla necessitas sive impossibilitas precedit eius velle aut nolle ita
nec eius facere aut non facere quamvis multa velit immutabiliter et faciat.
Et sicut cum deus facit aliquid postquam factum est iam non potest esse non esse fac-
tum sed semper verum est factum esse nec tamen recte dicitur impossibile deo esse ut faciat
quod preteritum est non esse preteritum nichil enim operatur ibi necessitas non faciendi
aut impossibilitas faciendi sed dei sola voluntas qui veritatem semper quia
ipse veritas est immutabilem sicuti est vult esse. Ita si proponit se aliquid im-
mutabiliter facturum quamvis quod proponit antequam fiat non possit non
esse futurum non tamen ulla est in eo faciendi necessitas aut non faciendi im-
possibilitas quoniam sola in eo operatur voluntas. Quotiens namque dicitur deus non
posse nulla negatur in eo potestas sed insuperabilis significatur potentia et fortitudo.
Non enim aliud intelligitur nisi quia nulla res potest efficere ut ille agat quod
negatur posse. Nam usitata est huiusmodi multum locutio ut dicatur res
aliqua posse non quia in illa sed quia in alia re est potestas et non posse non quia in
illa sed quoniam in alia re est impotentia. Dicimus namque iste homo potest
vinci pro aliquis potest eum vincere et ille non potest vinci pro nullus eum vincere
vincere potest. Non enim est potestas posse vinci sed impotentia nec vinci posse im-
potentia est sed potestas. Nec dicimus deum necessitate facere aliquid eo
quod in illo sit ulla necessitas sed quia est in alio sicut dixi de impotentia
quando dicitur non posse. Omnis quippe necessitas est aut coactio aut prohibitio
que due necessitates convertuntur invicem contrarie sicut necesse et im-
possibile. Cogitur esse prohibetur non esse. Cogitur non esse prohibetur esse. Necesse est
esse impossibile est non esse. Necesse est non esse impossibile est esse. Quid namque cogitur esse
prohibetur non esse et quod cogitur esse prohibetur non esse quemadmodum quod necesse
est esse impossibile est non esse et quod necesse non est non esse impossibile est esse et conversim.
Cum autem dicimus aliquid necesse esse aut non esse in deo non intelligitur quod sit in illo
necessitas aut cogens aut prohibens sed significatur quia in omnibus aliis re-
bus est necessitas prohibens eas facere et cogens non facere contra hoc quod de deo
dicitur. Nam cum dicimus quia necesse est deum semper verum dicere et necesse est

cum nunquam mentiri non dicitur aliud nisi quia tanta est in eo constantia servandi veritatem
ut necesse sit illum nullam rem facere posse ut verum non dicat aut ut mentiatur. Quapropter cum
dicimus quia homo ille qui secundum unitatem personae sicut supradictum est idem ipse est qui
filius dei deus non potuit non mori aut velle non mori postquam de virgine natus
est, non significatur in illo ulla impotentia servandi aut volendi servandi vitam suam
immortalem, sed immutabilitas voluntatis eius qua se sponte fecit ad hoc hominem
ut in eadem voluntate perseverans moreretur, et quia nulla res potuit illam volun-
tatem mutare. P   potentia quam potentia si posset velle mentiri aut
fallere aut mutare voluntatem quam prius immutabilem esse voluit. Et sicut quemad-
modum supra dixi cum aliquis sponte se proponit f   bonum aliquod et eadem
voluntate postea perficit quod proposuit, quamvis cogi possit si nolit promissum solvere,
non tamen est dicendus necessitate facere quod facit sed ea qua proposuit libera
voluntate. Non enim necessitate aut impotentia fieri vel non fieri dici debet aliquid ubi neque ne-
cessitas neque impotentia quicquam operatur sed voluntas. Si inquam ita est in ho-
mine, multo magis necessitas aut impotentia nequaquam nominanda sunt
in deo qui nihil nisi quod vult facit et cuius voluntatem nulla vis cogere
aut prohibere valeat. Ad hoc enim in christo valuit diversitas naturarum et unitas
personae, ut quod opus erat fieri ad hominum restaurationem si humana non posset natura
faceret divina, et si divinae minime conveniret exhiberet humana, et non alius atque
alius sed idem ipse esset qui utrumque perfecte existens per humanam solveret quod illa
debebat et per divinam posset quod expediebat. Denique virgo quae per fidem munda
facta est ut de illa posset assumi, nequaquam credidit illum moriturum
nisi quia vellet, quemadmodum prophetam qui de illo dixit: Oblatus est quia ipse volu-
it, didicerat. Quapropter quoniam vera fuit fides eius, necesse erat ita futurum esse sicut
credidit. Quod si te iterum perturbat quia dico necesse erat, memento quia veritas fidei
virginis non fuit causa ut ille sponte moreretur, sed quia hoc futurum erat vera fuit
fides. Quamobrem si dicitur necesse erat ut sola voluntate sua moreretur quia vera fuit
fides sive prophetia quae de hoc praecesserat, non est aliud quam si dicatur necesse
fuisse ita futurum esse quoniam sic futurum erat. Huiusmodi autem necessitas non cogit
rem esse sed esse rei facit necessitatem esse. Est namque necessitas praecedens quae causa
est ut sit res, et est necessitas sequens quam res facit. Praecedens et efficiens ne-
cessitas est cum dicitur caelum volvi quia necessitas est ut volvatur; sequens vero
et quae nihil efficit sed fit est cum dico te ex necessitate loqui quia loqueris.
Cum enim dico hoc, significo nihil facere posse ut dum loqueris non loquaris,
non quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis

p[lus] enim eet

facere

nulla cogit celum volui, te vero facit [nulla] necessitas loqui. Sed ubicumque est precedens et
necessitas est et sequens, non autem ubi sequens ibi statim et precedens. Possumus namque di
cere necesse est celum volui quia voluitur, sed non similiter est verum ideo te loqui quia ne
cesse est ut loquaris. Ista sequens necessitas currit per omnia tempora hoc modo. Quidquid
fuit necesse est fuisse. [...] Quidquid futurum est necesse est
futurum esse. Hec est illa necessitas que ubi tractat Aristoteles de propositionibus singula ut
ribus et futuris videtur utrumlibet destruere et omnia esse ex necessitate astruere. Hac
et sequenti et nichil efficienti necessitate quoniam vera fuit fides vel prophetia
de Christo quia ex voluntate non ex necessitate moriturus erat, necesse fuit ut sic esset.
Hac homo factus est, hac fecit et est passus quidquid fecit et passus est, hac voluit
quecumque voluit. Ideo enim necessitate fuerunt quia futura erant, et futura
erant quia fuerunt. Et si vis omnium que fecit et que passus est veram scire
necessitatem, scito omnia ex necessitate fuisse quia ipse voluit. Voluntatem vero
eius nulla precessit necessitas. Quare si non fuerunt nisi quia ipse voluit, si
non voluisset utique nec fuissent. Sic itaque nemo tulit animam eius
ab illo sed ipse posuit eam et iterum sumpsit eam, et potestatem habuit ponendi
animam suam et iterum sumendi eam sicut ipse dixit. B. Satisfecisti michi
illum non posse probari ulla necessitate subisse mortem, nec me penitet ut
hoc faceres importunum tibi extitisse. A. Ostendimus ut puto certam rationem
quomodo deus assumpsit hominem sine peccato de massa peccatrice. Sed nequaquam
negandum existimo aliam esse preter istam quam diximus rationem, excepto hoc
quia deus facere potest quod hominis ratio comprehendere non potest. Verum quoniam et ista mihi
videtur posse sufficere, et si aliam nunc inquirere vellem, necesse esset investigare
quid sit originale peccatum et quomodo a primis parentibus in universum genus
humanum preter illum de quo agimus hominem diffundatur, et incidere in quasdam
alias questiones que suum postulant tractatum; ea qua diximus ratione contenti,
que de incepto restant opere persequamur. B. Ut vis, sed eo pacto ut tu aliquando
auxiliante deo illam aliam rationem quam nunc inquirere vitas quasi debi
tum exsolvas. A. Quoniam hanc voluntatem scio me gerere, quod petis non dene
go, sed quia de futuris incertus sum promittere non audeo sed dei dispositioni committo.

Sed dic nunc quid tibi de questione quam in principio · xviii ·
posuisti propter quam alie multe se ingesserunt persolvendum videatur. B.
Summa questionis fuit cur deus homo factus sit ut per mortem suam salvaret homi
nem, cum hoc aliomodo potuisse facere videtur. Ad quod tu multis et necessariis rationi
bus respondens ostendisti restaurationem humane nature non debuisse remanere
nec potuisse fieri nisi solveret homo quod pro peccato deo debebat, quod debitum tantum

erat ut illud solvere nō debēt nisi ho nō posset nisi deus Ita ut idem eēt ho qui
deus unu necesse erat ut deus hominem assumeret in unitate psone quis
qui in natura solvere debebat et nō poterat in psona eēt qui posset Deinde
quia de virgine et a psona filii dei eēt assumendus ho ille qui deus eēt ergo
sine pctō de massa peccatrice assumi potuit mirasti vitam aut hui9 dei
hominis tam sublimem tam pciosam aptissime pbasti ut sufficere possit
ad solvendum quod pro peccatis toti9 mundi debetur et plus infinitu Restat
ergo nunc ondere quō illa solvatur deo pro peccatis hom A Si xpc deum se permisit
occidi nonne ad honorem dei vitam suam dedit B Si possum intelligere
quod nō dubito quamvis nō videam quō rationabilr hoc fecit cum et iusti
ciam indeclinabilit et vitam suam eternaliter svare poterit fateor illum
tale quid sponte dedisse deo ad honorem illi9 cui quidqd deus nō ē nō pt eē
patri et pro pctoribus omnium hominum debitis recompensari pt A An nō
intelligis qr cum iniurias et contumelias et morte crucis cum latronib9
s' sicut supradictum est pp iusticiam quam obedienter svabat illatas beni
gna pacientia sustinuit exemplum dedit hominibus quis pp nulla incomoda
que sentire pñt a iusticia quā deo debent declinent qr minime dedisset si
sedm suam iusticiam mortem pro tali causa illatam declinasset B Video
quod nulla hoc exemplum necessitate dederit qm multi ante adventu
eius et iohes bapta post adventum ante morte eius fortiter morte pro veritate
sustinentes id sufficienter dedisse noscuntur. A Nullus unquā ho mo
riendo pr' illum deo d[illegible] qr aliqn necessitate pditurus non erat a' sol
vit quod non debebat Ille vō sponte patri obtulit qr nulla necessitate nun
quam amissurus erat et solvit pro pctoribus quod pro se nō debebat Quapp
ille multo magis dedit exemplum ut unusquisqz quod aliqn incuncta
ter amissurus est pro se ipso reddere deo cum ratio postulat non dubitet q
cum nullatenus aut pro se indigeret aut cogeretur pro aliis quibus nichil
nisi penam debebat tam pciosam vitam imo seipsum tantam s. psonam
tanta voluntate dedit. B Valde appropinquas desiderio meo Sed sustine
ut queram quedam quod quamvis forsitan putas querere nō tam impe
tu michi ē quid rudeam si a me queratur Dicis qr qui mortuus ē dedit
qr nō debebat sed nemo negabat meli9 illum fecisse qui hoc exemplum ta
liter dedit et magis hoc placere deo quam si hoc nō fecisset aut dicet eu
non debuisse facere quod meli9 eē et quod magis deo placere intellexit
Quo igr asseremus eum non debuisse deo quod fecit .i. qr meli9 eē et mag
placere deo cognovit presertim cum creatura debeat totum deo qr est et

quod scit et potest. Et quamvis creatura nichil habeat a se cum tamen illi concedit deus ali
quid licite facere et non facere dat illi ita suum esse utrumque ut licet alterum sit melius neu
trum tamen exigatur determinate sed sive faciat quod melius est sive alterum
debere facere dicatur quod facit. Et si faciat quod melius est premium habeat quia sponte
dat quod suum est. Nam cum virginitas melior sit coniugio neutrum tamen ab homine deter
minate exigitur sed et qui coniugio uti et qui virginitatem servare mavult quod facit
debere facere dicitur. Nemo enim virginitatem sive coniugium dicat eligi non debere sed di
cimus quia quod mavult homo antequam aliquid horum statuat hoc facere debet.
Et si virginitatem servat pro spontaneo munere quod offert deo premium expectat.
Cum ergo dicis creaturam debere deo quod melius scit et potest si intelligis ex debito
et non subaudis si deus iubet non est semper verum. Siquidem ut dixi non debet homo vir
ginitatem ex debito sed si mavult debet uti coniugio. Quod si te movet verbum
quod est debere nec potes illud intelligere sine aliquo debito scito quia sicut contingit
posse et non posse et necessitatem aliquando dici non quia sint in rebus ubi dicuntur sed quia
sunt in alio ita et debere. Quippe cum dicimus debere pauperes a divitibus elemosinam ac
cipere non est aliud quam divites debere pauperibus elemosinam impendere ~~hoc~~
hoc namque debitum non est exigendum a paupere sed a divite. Deus quoque dicitur
omnibus debere preesse non quia ipse in aliquo sit debitor sed quoniam omnia debent
illi subesse et debere facere quod vult quoniam quod vult debet esse. Ita quando vult aliqua
creatura facere quod suum est facere et non facere dicitur debere facere quia quod ipsa vult debet esse.
Dominus itaque Ihesus cum mortem sicut diximus sustinere voluit quoniam et
et pati et non pati debuit facere quod fecit quia quod voluit fieri debuit et non
debuit facere quia non ex debito. Nempe quoniam ipse idem est deus et homo secundum humanam
quidem naturam ex qua homo fuit sic accepit a divina natura que alia est ab huma
na esse suum quidquid habebat ut nichil deberet dare nisi quod volebat secundum personam
vero sic a se ipso habebat quod habebat et sic perfecte sibi sufficiens erat ut nec alii quic
quam retribuere deberet nec ut sibi retribueretur dare indigeret. B. Aperte nunc video
quia nullatenus se ipsum morti ex debito sicut ratio mea videbatur monstrare dedit ad
honorem dei et tamen facere debuit quod fecit. A. Honor utique ille totius est trinitatis.
Quare quoniam idem ipse est deus filius dei ad honorem suum se ipsum sicut patri
et spiritui sancto obtulit id est humanitatem suam divinitati sue que una eademque
trium personarum est. Ut tamen in eadem ipsa veritate manentes aptius loquamur quod
volumus dicamus sicut usus est quia filius sponte se ipsum patri obtulit. Sic namque
quia modo aptissime dicitur quia in una persona totus deus cui secundum hominem se obtulit
intelligitur et per nomina patris et filii immensa quedam in cordibus audientium cum predica
tur filius hoc modo pro nobis postulare dicitur pietas sentitur. B. Hoc libentissime accipio

Invenire nunc puto possumus quanta inde ratione sequatur humana · 19 · A ·
salvatio B Ad hoc tendit cor meum Nam quamvis hoc michi videar intelligere ipsam
tamen rationis contextionem a te volo fieri A Quam preciosum aut sit quod filius sponte dedit
non est opus exponere B Sufficienter patet A Eum autem qui tantum donum
sponte dat deo sine retributione debere esse non iudicabis B Immo ita necesse esse
video ut pater filio retribuat alioquin aut iniustus videretur esse si nollet aut im-
potens si non posset que a deo aliena sunt A Qui retribuit alicui aut dat
quod ille non habet aut dimittit quod ab illo potest exigi Prius autem quam tantam
rem filius faceret omnia que patris erant sua erant nec umquam debuit
quod illi dimitti possit Quid ergo retribuetur nulli rei egenti et cui non est quod dari vel dimitti
possit B Ex una parte video retribuendi necessitatem et ex altera impossibilitatem
quia et necesse est deum reddere quod debet et non est cui reddat A Si tanta et tam
debita merces nec illi nec alii redditur in vanum filius tantam rem fecisse vide-
tur B Hoc nephas est existimare A Necesse est ergo ut alicui alii reddatur quia illi non
potest B Inevitabiliter sequitur A Si voluit filius quod ei debetur alii dare po-
teritne pater iuste illum prohibere aut illi cui dabit negare B Immo et
iustum et necessarium esse intelligo ut cui voluit dare filius a patre reddatur
quia et filio quod suum est dare libet et pater quod debet non nisi alii reddere potest
A Quibus convenientius fructum et retributionem sue mortis tribuet quam illis propter
quos salvandos sicut ratio veritatis nos docuit hominem se fecit et quibus ut diximus
moriendo exemplum moriendi propter iusticiam dedit Frustra quippe imitatores eius
erunt si eius meriti participes non erunt aut quos iustius faciet heredes debiti quo
ipse non eget et exundantie sue plenitudinis quam parentes et fratres suos quos as-
picit tot et tantis debitis obligatos egestate tabescere in profundo miseriarum
ut eis dimittatur quod pro peccatis debent et detur quod propter peccata carent B Nichil ra-
tionabilius nichil dulcius nichil desiderabilius mundus audire potest Ego quidem tan-
tam fiduciam ex hoc concipio ut iam dicere non possim quanto gaudio exultet cor
meum Videtur enim michi quod nullum hominem reiciat deus ad se sub hoc nomine
accedentem A Ita est si accedit sicut oportet Quemadmodum autem sit ad tante gracie par-
ticipationem accedendum et quo sub illa vivendum nos ubique sacra scriptura
docet que super solidam veritatem quam deo donante aliquatenus perspeximus
velut supra firmum fundamentum fundata est B Vere quecumque sic hoc edificantur super
firmam petram fundantur A Puto me aliquatenus tue satisfecisse questioni quam-
vis hoc melior me plenius facere possit et maiores atque plures quam meum
aut mortale ingenium comprehendere valeat huius rei sint rationes Palam etiam
est quia deus ut hoc faceret quod diximus nullatenus indigebat sed ita veritas i

mutabilis exigebat. Licet enim hoc quod homo ille fecit deus fecisse dicatur propter unitatem
persone deus tamen non egebat ut de celo descenderet ad vincendum dyabolum nec
ut per iustitiam ageret contra illum ad liberandum hominem sed ab homine deus
exigebat ut diabolum vinceret et qui peccato deum offenderat per iustitiam sa-
tisfaceret. Siquidem dyabolo nec deus aliquid debebat nisi penam nec homo nisi vicem
ut ab illo victus illum revinceret sed quicquid ab illo exigebatur hoc deo debebat non

dyabolo. ·XX·

Misericordiam vero dei que tibi perire videbatur cum iustitiam dei et peccatum hominis considerabamus tam magnam tamque concor-
dem iustitie invenimus ut nec maior nec iustior cogitari possit. Nempe quid
misericordius intelligi valet quam cum peccatori tormentis eternis dampnato
et unde se redimat non habenti deus pater dicit: Accipe unigenitum meum et da pro
te. Et ipse filius: Tolle me et redime te. Quasi enim hoc dicunt qui nos ad christianam
fidem vocant et trahunt. Quid etiam iustius q[hole] ut ille cui datur pretium
maius omni debito si debito datur affectu di[hole]mittat omne debitum.

Dyaboli vero reconciliationem de qua quesivisti [hole] ti impossibile ·XXI·
intelliges si diligenter humanam consideres. Sicut enim homo non potuit re-
conciliari nisi per hominem deum qui mori posset per cuius iustitia deo restitueretur
quod peccatum hominis restituerat perdiderat ita angeli dampnati non possunt
salvari nisi per angelum deum qui mori posset et qui per iustitiam deo repararet quod
aliorum peccata abstulerunt. Et sicut homo per alium hominem qui non esset eiusdem
generis quamvis eiusdem esset nature non debuit relevari ita nullus angelus per
alium angelum salvari debet quamvis omnes sint eiusdem nature quoniam non sunt
eiusdem generis sicut homines. Non enim sic sunt omnes angeli de uno angelo quemadmodum omnes homines de uno homine. Hoc quoque removet eorum restaurationem quia si-
cut ceciderunt nullo alio nocente ut caderent ita nullo alio adiuvante resurgere debent
quod est illis impossibile. Aliter enim in dignitatem quam habituri erant non possunt
restitui quod sine alieno auxilio pp̄tatem suam qua acceperant stetissent
in veritate si non peccassent. Ergo si quis opinatur salvatoris nostri redemptionem
usque ad illos aliquando debere extendi rationabiliter convincitur quia irrationabiliter deci-
pitur. Quod non dico quasi pretium mortis eius omnibus hominum et angelorum peccatis
sua magnitudine non prevaleat sed quia perditorum angelorum r[erased] vel relevacionem immutabilis

Rationabilia et quibus michi q[uod] [im]mutabilis ratio repugnat ·XXII·
contradici possit que dicis omnia michi videntur et per unius questionis quam
proposuimus solutionem quicquid in novo veterique testamento continetur probatum
intelligo. Cum enim sic probes deum fieri hominem ex necessitate ut etiam si
removeantur pauca que de nostris libris posuisti ut que de tribus dei personis

et decadam tetigisti non solum iudeis sed et paganis sola racione satisfaciatis ipse
idem deus homo novum condat testamentum et vetus approbet sicut ergo ipsum veracem
esse necesse est confiteri ita nichil quod in illis continetur verum esse potest aliquis dif-
fiteri. Si quid diximus quod corrigendum sit non renuo correctionem si
racionabiliter fit. Si autem veritatis testimonio roboratur quod nos racionabiliter
invenisse existimamus deo non nobis attribuere debemus. Qui est benedictus
in secula seculorum amen. **Explicit liber Anselmi Cur deus homo**

Iste liber est magistri Jacobi de Zaborow doct[oris]

II III

…risdolibz in nra dyoc constitutis adquos pntes puenerint. Salt in dno sempitnam
…ia remissiones videlicz et indulgencias addebitum famulatum deo et honorem sanctis
…dea ipts consistit xpianus assiduis saluatoris gram precibus implorando tanto
…entes igitur vt Ecce sancti Appolinaris martiris in Saczka diligencius
ad dictam Eccam in eius festiuitate ac in Natiuitate dni nri ihu xpi Circumcisionis
… Inuencionis videlicz et exaltacionis eius ac eciam in omnibus festiuitatibus
…itatis atqz btor petri et pauli omnqz aptor necnon et ewangelistar Michael
…rencij: Georgij Viti Wenceslay Adalberti procopij Quinqz fratrum ac
Katherine Margarethe Agnetis Dorothee Ludmile lucie Elizabeth Vndecim
…mnium sanctor causa deuocionis peregrinacionis vel oracionis deuote accesserint
… Cimiterium dce Ecce circuierint et oracionem dnicam pro omnibus fidelibz
…erint facultatum necnon qui ad fabricam ornamenta luminaria seu quevis alia
…cis diebus et festiuis deuote interfuerint seu qui osculum pacis in dca ecclesia
…mus et dni dni Karoli Quarti Roman Imperator semp Augusti et Boemie
… Boemie ac pro nra cleriqz nobis cmissi ac rector dce ecce Canonicorum …
…tina pulsacione campane flexis genibus ter Aue maria deuote dixerint ac
… contricione interfuerint quocienscumqz vel vbicumqz pmissa vel aliquod
… aptor auctoritate confisi Quadraginta dies deiniunctis eis penitencijs
…simo trecentesimo sexagesimooctauo die tercia Mensis Junij :,

1368

IV



